MAGISTRI GUILLELMI AD ADRIANUM BEOTIUM ARTIUM MAGISTRUM, ...

Guillaume, Denis Bouthillier

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
15 B
18 N

13 – 23. 6. 42.

XXVIII. 1. 18
K. L.

MAGISTRI GVILLELMI

AD ADRIANVM BEOTIVM Artium Magiſtrum, Canonicum & Magnum Archidiaconum Eccleſiæ Rothomagenſis couſinum ſuum,

DE SVA CENSVRA CONtra Animaduerſyonem Dionyſij Buthillerij in ſupremo Senatu, Aduocati, Et Ad Regulam De Infirmis Reſignantibus.

ADMONITIO MACARONICA.

Cum eiuſdem Buthillerij contra calumnias eiuſdem Beotij Impoſtoris Epiſtola.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

PARISSIIS,

Apud BARTHOLOMÆVM MACÆVM, in monte Diui Hilarij, ſub ſcuto Britanniæ.

M. DC. XIIII.

DIONYSIVS
BVTHILLERIVS
LECTORI.

ACCEPI *decimo* Calendas *Ianuarij nuper præteriti libellũ* Adriani *Beotij cui Titulus eſt* Cenſura Animaduerſionis Dionyſij Buthillerij,&c. *colluuiẽ ſane & lacunam conuiciorum,iniuriarũ, & calumniarum , quas in me euomuit.* Contempſi,*nec mihi erat animus quidquam reſpondere, quemadmodum in ea Animaduerſione,quam cõtra ſuam defenſionem edidi,fueram poteſtatus : ſed cum circa* Idus *Februarij vnus ex meis amicis magnam partem alterius libelli,*

quem pene perfecerat, contra iſtam Cēſuram, ſub nomine magiſtri Guillelmi eiuſdem Behotij, vt aiunt, cognati aut conſobrini mihi attuliſſet, fateor ingenuè, me illum à ſuo inſtituto & quaſi ad finem perducto opere non diuertiſſe, & nonnulla, quæ apud me erant illi tradidiſſe. Cōfecit igitur opus, &, cum ex Epiſtola quam anteponere meditabatur, ſuo nomine excudi vellet, impediui, ne ſcilicet Behotius *contra illum ſimilem conuiciorum & calumniarum aceruum, quarum eſt admirabilis inuētor, ex ſui ſtomachi latrina expueret. Hæc ſola cauſſa eſt, quæ me ad ſcribendam iſtam Epiſtolam impulit, vt notū ſit, libellum hunc contra illius Cenſuram, me pro meo accepiße, nec non etiā vt quorumdam quæ in me ſcripſit impoſturam detegerem.* R*eſpondit paucis ille meus amicus, his quæ ſcripta ſunt in Epiſtola ad Turgotium, in qua cum me depingat oſcitantem ſenem, & animi*

errore deuium , id me conſolatur, quod omnes qui me norunt, iſtam eſſe meram impoſturam teſtabuntur, & cum illa in quemlibet conjici poſſit , nihilque ille probauerit , cæteri omnes qui mei notitiam non habent , calumniam eſſe iudicabunt. Idem poteris Lector, ſi nihil ordine, nihil diſtincte nihil è re ſcripſerim iudicare : quoniam iſta etiam contra quemlibet dici poſſunt, & ille quid ſine ordine, quid confuſe, & quid extra rem à me ſcriptum fuerit non potuit adnotare. Idem de prodigioſis quibus ſe laceſſitum à me conqueritur cõtumeliis, quas ſi expreſſiſſet, facile fuiſſet probare, me nullas contra eum contumelias conieciſſe. Et ex veris dumtaxat eas quas in me innocentem ſcripſit contumelias, & iniurias repuliſſe. Eius veritatis vnum ſolũmodo, illudque in mea Animaduerſione primũ exemplum proferam. Scripſi cum legiſſem illius primam ad Turgotium Epiſtolam, ſuamque poſt illam

defenſionem, quibus me iniuriis & opprobriis adlatrauerat, me ſtatim illius ingenium tamquam de numero eorum, quos vulgus pedantes appellat, qui vana & fatua arrogantia tumeſcentes, ſine maledicentia ſcribere aut loqui nequeunt, agnouiſſe: ſi iſtam contra illum à me ſcriptam Animaduerſionem, cõtumeliam prodigioſam exiſtimaret, debebat ille, quid prodigij, quid contumeliæ vitio adſcribi poſſet in ſua Cẽſura adnotare. Nihil in illa penitus: et ſuo ſilẽtio pedãtiſmũ agnouit. Edideram Quæſtionem ſuper regula de infirmis reſignantibus, in qua neminem læſeram, neque lædere cogitaueram. Si quid contra eam ſibi ſcribendum putabat, quis illũ, vt me iniuriis laceſſeret, niſi quod pedãtium more ſine maledicentia ſcribere non poterat, incitauit? Cum hæc eadem ſcripſerim in mea Animaduerſione, quid ille reſpondit in iſta ſua cenſura? Nihil, niſi quod licet ea omnia quæ ſcri-

pſi vera ſint , exclamat , me eum prodigioſis calũniis laceſſiſſe , quod etiã ſine vlla probatione dereliquit. Poſſem *de cæteris quæ in mea Animaduerſione ſcripta ſunt , & quæ etiam ille prodigioſas calumnias appellat ſimiles adferre probationes: ſed iſta cõtẽtus ero , cum ei vt iam dixi nihil potuerit reſpondere. Quod* Leonem *pro Panthera ſe miſſurũ, & de his quæ vt munus exornẽt ſe ab amicis accepturũ minatur, non dubito quin nouas tanquãab amicis acceptas impoſturas , ſi quas poſſit inuenire, confingat : ſed minas iſtas aliaſque ſimiles*

Voces dum iactat inanes, *Virg.10. Aen.*

quid poſſũ aliud, quã vẽtoſi pedantis arrogantiam, & ad conuicia confingẽda, impoſturaſque inueniendas malitiam admirari? Quid poſſum aliud quàm eaſdem, quod fauente Deo *non ſolum falſæ appareant , ſed etiam probatione, imo ſuſpicione ſint deſtitutæ, patientia tolerare?* En *Lector quanta apud illum ſit*

impoſturarum fœcunditas, ſcribit me illi Gentem obieciſſe, & ex eo propoſito ſibi falſo argumento in laudes Ducum, atque incolarum Normaniæ, quaſi de illis maledixerim, digreditur. Si in tota mea Animaduerſione Gentem obiecerim, nullam pœnam recuſo. Quid igitur ex eo me calumniatur? ſcripſi illum ex fæce populi Louerij natum. Iſtudne eſt illi Duces & Normaniæ incolas obieciſſe? an potius alia eſt impoſtura, qua me omnibus eiuſdem Prouinciæ incolis inuiſum reddere machinatur? At illi longe diſtant ab impoſturis Behotianis: & me illos ſemper coluiſſe, multiſque illorum tam Prælatis, Præſulibus, & aliis perſonis Eccleſiaſticis, Nobilibus, Præſidibus, Conſiliariis cæteriſque incolis meam opellam, qualiſcumque ſit, præſtitiſſe, illi ipſi teſtabuntur. Et ne quis prodigioſam calumniam exiſtimet, quod ex fæce populi Louerij natum ſcripſerim: ille ipſe ſua taciturnitate agno-

uit: quoniam patris nomen & conditionem adeo perhorruit, vt cum in eadem Epiſtola, quam Turgotio ſcripſit, ſtirpem ſuam antiquiſſimam & dignitate primã δηθὰ περὶ φακῆς, mira de lẽte glorietur, ne ſyllabam quidẽ paterni nominis auſus ſit adſcribere, & illius loco, de ædibus Stephani Behotij patrui ſui, quaſi paterno nomine auguſtioribus, nec non de Regibus & Principibus, qui in eis ſunt hoſpitati gloriã ſibi quæritet. Egregium ſane ſtirpis adeo antiquæ monumentum. Verum vt agnoſcas Lector, quid cauſſæ ſit, cur nomen & conditionem patris ſui ſuppreſſerit, Coriarius erat, & nihilominus aliquantulum concinnãdis coriis ineptus: propter inſanientis animi morbum, quo premebatur, adeo vt illum, non quidem tanquam omnino inſanum, ſed tanquam nimia fatuitate obtuſum, quod res ſuas ſtolide adminiſtraret, multa verba indiſcreta & abſurda effunderet, vili,

trita, pannoſaque veſte vteretur, nunquam calceos indueret, & laceratis ſoleis ambularet, ciues Louerij illum paſſim irriderent, donec tandem incaleſcentis inſaniæ morbo agitatus, Louerio ab exercitu Henrici Magni obſeſſo, & capto, inter nonnullos alios perduelles, anno milleſimo nonageſimo primo fuerit interfectus. Hoc patre genitus Adrianus Beotius, cum anno milleſimo octuageſimo tertio in numerum clericorũ receptus fuiſſet, et primas litteras ſatis feliciter didicißet, exceptus fuit à Magiſtro Stephano Samſone homine erudito qui tunc Rothomagi degebat, parochialem Eccleſiam Sancti Laurentij in ea ciuitate poſſidebat, & quorumdam ciuium Rothomagenſium liberos erudiebat, vt illis famularetur. Ab hoc Samſone, qui adhuc viuit, eandem parochialem Eccleſiam, & in cathedrali Rothomagenſi Eccleſia Canonicatum & præbendam, nec non Wol-

caſſini Normanici Archidiaconatum magno cum honore poſſidet : ab iſto inquam Samſone accepit Adrianus Behotius earum quas habet ſcientiarum fundamenta, donec Lutetiam profectus, cũ famulando iiſdem ſcientiis operam dediſſet, tandem menſe Martio anni milleſimi octuageſimi noni, gradu magiſterij artium donatus, quartæ claſſi in collegio Iuſtitiæ, et deinde tertiæ claſſi in Harcuriano collegio ſub Mario Amboſio præfuit. Hæc cum ita ſint, & omnibus qui Louerij degũt, et in Vniuerſitate Pariſienſi commorantur cognita, quis me vllius calumniæ accuſare poteſt, quod conqueſtus ſim, me, qui nunquam eum læſeram, ab huiuſmodi conditionis homine iniuriis fuiſſe prouocatum? Cum ſuam qualem ſcripſi originem, & conditionem omnino negare non poſſit, conatur retaliare, & me ex obſcuris Annalibus nomen quærere falsò imponit: neque enim auctores Anna-

liũ, qui de Buthilleriorũ, ex quib⁹ ortus ſũ, in Armoricis nobilitate ſcripſerũt in ter obſcuros numerãtur: & nouiſſimè, ne quis de mea cõditione dubitet, cũ vnus ex Publicanis à Bona Buthilleria filia mea exigere vellet illud vectigal, quod ex vini vẽditione plebeij ſoluere cõſueuerũt, & illa recuſaſſet, lite inter eos mota, & me interueniente ad ſupremã vectigaliũ Curiã deuoluta, & in publico auditorio agitata, eadẽ Curia me & filiã meã ex proſapia & linea nobili progenitos, vt iiſdẽ priuilegiis, quæ nobilibus iſtius Regni cõceſſa fuerũt, vteremur, ſuo arreſto die duodecima mẽſis Martij anno milleſimo ſexcẽteſimo duodecimo pronuntiauit. Hæc certe cõticuiſſẽ, quod nihil de me vmquã ſcribere inſtituerim, ſed idipſum coactus ſcribo, vt reſpondeam his quibus cum ſtirpem ſuam, tanquam antiquiſſimam & dignitate primam impoſtor Behotius iactauerit, me nihil tale de meis cõfirmare poſſe impudẽtiſſime exprobrauit. Aliã

originis maculã eluere conatur, quod ad animi cognitionem et rerũ atque artium ſcientiã, ſtemmata nihil faciunt. Hæc ſane cũ eo lubẽs faciliſque ſequor, et ſcientias, quas eſt cõſequutus, venerãdas eſſe exiſtimo, vt maioribus ſuis ſua virtute, ſi qua ſit, præluceat, dummodo etiã cõcedat ſe iſtud quod eſt apud Pindarum animo ſuo inculcare debuiſſe.

Χρὴ δὲ καθ' αὑτὸν αἰεὶ παντὸς ὁρᾶν μέτρον

oportet autem iuxta ſuam quemque cõditionẽ vniuscuiuſque rei ſpectare modum, et quemadmodum ait Horatius,

Metiri ſe quẽque ſuo modulo, ac pede.

Debebat enim ſuo initio inſpecto humilitatẽ cũ ſciẽtijs profiteri. At vero in tãtã ſuperbiã atq; arrogãtiã prorupit, et maxime ex eo tẽpore quo ſe nõnullis auctũ facultatibꝰ circũſpexit, vt vere de illo dici poſſint hęc quę cecinit Claudianꝰ.

Aſperius nihil eſt humili cum ſurgit in
altum,
Cuncta ferit, dum cuncta timet, deſæuit n omnes.

Vt ſe poſſe putent, nec bellua te-
trior vlla eſt,
Quam ſerui rabies in libera colla
furentis.

Conqueritur, & me mentiri ſcribit, quod ſibi conſobrinos finxerim, nempe Magiſtrum Guillelmum morionem aulicum, & alium qui auiam ſuam necauit. De Magiſtro Guillelmo omnes Louerij ciues eorum cognationem agnoſcunt: nec ego primus fui qui de ea ſcripſerim, cũ ante me ab Heremita Oriualenſi fuerit eadem conſcripta & typis excuſſa cognatio. De parricida qui Robertus Behotius nuncupatur, habeo arreſtum ſupremæ Rothomagenſis Curiæ, die vigeſima ſecunda menſis Auguſti anni milleſimi ſexcenteſimi duodecimi pronuntiatum, quo etiam, iſto impoſtore Adriano, propter eam quæ eſt inter eos conſanguinitatem deprecante, & inſaniam illius Roberti

proponente, pœnam parricidij euitauit: manibus pedibuſque perpetua & ferrea compede alligatis, & victu quamdiu poſſit viuere, ex pane & aqua conſtituto, carceri perpetuo mancipatus. Hi ſunt duo illius conſobrini, de quibus in mea Animaduerſione ſcripſi, & quibus etiam tertium libet adiungere, Frãciſcum, eiuſdem Roberti fratrem, Religioſum profeſſum monaſterij Sancti Georgij de Bucheruilla, qui cum eodẽ inſaniæ, licet forte remiſſiori, morbo laboraret, Prior & Religioſi eiuſdẽ Monaſterij, ſuo ſupplici libello ab eadem Curia petierũt, vt ex bonis paternis & maternis, quæ Robertus parricida poſſidebat, amplior penſio, quàm quindecim librarum, quæ tẽpore profeſſionis ſuæ conceſſa fuerat, ad illius neceſſitates tolerandas conſtitueretur: quod eadem Curia conceſſit, & alias quindecim libras ad eam rem illis adiudicauit. Quid igitur me illi falſos conſobrinos finxiſſe

calumniatur? Etiam ne arreſtũ Curiæ prodigioſæ calumniæ accuſabit? Aliam orditur contra me accuſationem, tam in iſta ad Turgotium Epiſtola, quam in ſuæ Cenſuræ pag. quarta quod Rauaillaco & Poltroto parricidis Apologias ſcripſerim, illiſque parentarim, & probationem illius piſcatur ex ea quam Victor Thuartius edidit pro Francogallis Apologia, cuius me auctorem aſſerit. Equidem, ſi ita velit, illam à me confectam profitebor: ſed quam clauſulam, quam particulam, imò quam ſyllabam pro parricidarum defenſione, & laudatione in tota iſta pro Frãcogallis Apologia adnotauit? Nullam ſane: & perpetua iſtius impoſtoris conſuetudo eſt, quidquid iniuriarum & contumeliarum comminiſci poteſt, ſine probatione effutire: At vero, vt contrarium eluceſcat, accipe lector, iſtius impoſturæ, & meæ innocentiæ probationem. Paulo poſt Henrici Magni parricidiũ cum

cum Ioannes Meinardus *Friſius libellum edidiſſet cui Titulum dederat* Regicidium, deteſtatum, Quæſitum, Præcautum, *in quo Gallos tanquam ſceleratos à Francis ſeparabat, & in odium Ruſſæi ſui competitoris ex prouincia Engoliſmenſi progeniti, Engoliſmenſes cum* Rauaillaco *in partem pœnæ parricidij vocandos tradebat: extiterunt Thomas & Villoteræus* Engoliſmenſes, *qui huic tam immani ſcriptioni, editis libellis reſponderunt, & eos ſequutus Victor Thuartius, Apologiam pro* Francogallis *conſcripſit, edidit,* Andreæ *Neſmondo Cheſaco* Engoliſmæ *natò Burdigalenſis Senatus Principi dedicauit, & in ea* Engoliſmenſes *ab iniuriis & calumniis Meinardi, & maxime quod illis Rauaillacum & Poltrotum obiecisſet, vindicauit. In ea ſcripſit Thuartius quæ ſequũtur de* Rauaillaci *deteſtatione.* Prima illa ſeu potius ſola deteſtationis

clauſula reperitur in tuo libello, quod tãtum ſcelus, parricidium lõge immaniſſimum, vltra omnem impietatem & audaciam poſitum, a nunquam nominando ſicario perpetratum, æterno ſilentij carcere dãnandum, horrẽdum facinus, eoque, Deos Regales violatos, aſſeris. At vero, Meinarde, cur Regales duntaxat Deos violatos dicis? Aliine ſunt Dij non Regales, qui tam nefandum parricidium immoto vultu ſuſtinere potuerunt? Regales, inquiet, & in margine libelli adnotauit, Deos Regum cuſtodes appello, quos pro Alexandri ſalute Darius interpellauit. Appoſitè, inquam, ſi omnes Dij apud antiquos Regales dicti eſſent. Sed notum eſt Deos illorum certas habuiſſe tutelas, licentias & poteſtates, neque ab vllo, id quod eius non fuiſſet poteſtatis & licentiæ, antiquos vnquam poſtulaſſe, vt inquit

Arnobius. Multo melius, ſi Chriſtianus Deum optimum maximum in Chriſto ſuo percuſſum, & religionẽ pietatemque omnem violatam expreſſiſſes. Non ſunt iſtæ tuæ, Meinarde, ſatis validæ in parricidam diræ, & ſi tanta deteſtandi parricidij voluntas animo tuo inſidebat; debebas maiores in infidum caput execrationes infũdere. Quæſitum deinde proponit Meinardus regicidiũ. Quid quæſitum? eo ne animo, vt alterum parricidam queras? Eo ne ſpiritu, vt nouum parricidiũ mente cõcipias? Anne vt Friſij tui glorientur, quod in mortuum parricidam quæſtionem ſuſcipias, & quod in eum queſitor Meinardus vrnam mouet? De facinore & parricidio quæſitum eſt, condemnatus parricida, & ſupplicio cum ingenti totius populi & non Meinardica deteſtatione, laceratis minutatim membris, infernali-

bus furiis traditus, non pœnis quas merebatur, ſed quas Parlamenti prudentia ſanciuit obrutus æternis ſuppliciis agitatur. Hunc forte quæſitũ parricidam in Friſiam Meinardus reuocabit? *Hæc Thuartius. Iſtane ſunt* Apologetica, *& parentalia pro parricida nefandiſſimo vocabula? Et nihilominus impoſtor iſte me ſub nomine Thuartij illi* Apologiam *ſcripſiſſe & parentaſſe, aſſerere nõ erubuit. Sed quantum ab iſtis parricidiis omnibuſque aliis hominum internecionibus ſim alienus, docet illa quam contra* Catholicum *Anglum ſub nomine Franci nobilis compoſui & quæ anno milleſimo octuageſimo impreſſa reſponſio. Cum enim editus fuiſſet, ſub nomine* Catholici *Angli. libellus, cuius auctor neſcio quo furore percitus, parricidia Principum non ſolum approbabat, ſed etiam dolebat, quod* Henricus *Magnus tunc ſolùm Rex Nauarræ &* Princeps *Cõ-*

dæus in illa Bartholomæá carnificina interfecti non fuiſſent, & innumeros alios prætextu religionis trucidandos, & interficiendos exclamabat: imò & imponebat, ipſa lilia, Francorum Regum ſtemmata, tanquam peſſimi odoris, Deum Optimum Maximum pedibus calcanda ſubieciſſe: cum, inquam, libellus iſte ab omnibus exciperetur: ego reſponſionem illam periculoſiſſimo ſanè tempore compoſui, edidi, qua, contra crudeliſſimum iſtum libellum docui omnia illa parricidia & homicidia eſſe deteſtanda: & contra verſus eiuſdẽ Catholici Angli quibus lilia quaſi iam putida, et graueolentia deteſtabatur hæc quæ ſequuntur in fronte reſponſionis inſerui.

SONNET.

Les lis ne ſe meur point, ſa fleur n'eſt
pas impure,

Dieu l'aime autant ou plus, qu'il
l'a iamais aimé:
Mais de quelques brouillons le
cœur enuenimé
Eſt cauſe des tourmens & du mal
qu'il endure.
La paix l'entretenoit en ſa gaye ver-
dure,
Lors que ces boutefeus ont par
tout allumé
Le flambeau de Bellõne, & qu'vn
vent affamé
De meurtres & de ſang, la tout
couuert d'ordure.
Ou penſez vous, François? tous ces
cœurs inhumains
Pour arracher le lis, ſe ſeruent de
vos mains,
Et du pretexte feint de chaſſer
l'hereſie,
La voulez vous chaſſer? priez Dieu
de bon cœur,
Luy ſeul la peut oſter, & ceſte

belle fleur
Entre nous iouïra d'vne eternelle vie.

Extant adhuc illius meæ reſponſionis quædam exemplaria, quoniam, Lutetia ſub finem anni milleſimi octuageſimi octaui cum exceſſiſſem, cætera exemplaria, ne, ſi me abſente reperta fuiſſent, domus mea expilaretur, fuerũt combuſta. Tanta erat hisce infœliciſſimis temporibus in Reges, & Principes parricidiorum effrænata cupiditas, & interficiendorum hominum crudeliſſimus appetitus. Mène igitur, qui contra Regum & Principum parricidas, hominumque crudeliſſimos interfectores adeo luculentum teſtimonium præbui, eiſdem parricidis Apologias ſcripſiſſe, atque illis parentaſſe? Vides lector quã impudens ſit iſtius calumniatoris impoſtura. De Poltroto hæc quæ ſequuntur Victor Thuartius pag. 75. & aliquot

ſequentibus conſcripſit. Ioannes Poltrotus, inquit, Ingoliſmenſis, homo deſperati furoris et audaciæ Illuſtriſſimum Principem Franciſcum Guiſium Ducem, inter militum ſuorum prope amplexus ad portas Aureliæ perfidiosè trucidauit. Quin tu Meinarde, integram hiſtoriam narras? Cur ſupprimis Poltroti conditionẽ & Aureliæ obſidionem, qua Andelotus Duraſſius, Feguierus & multi alij tam proceres quam equites inter quos erat Poltrotus, religionem, quam reformatam vocant, profeſſi mirum in modum premebantur? Scimus enim Colignium Admiralem, Rupefucaldum Comitem, & Theodorum Beſam quos tanquam auctores illius homicidij nonnulli accuſabant, libello de ea re edito Ducem Guiſium hoſtem à Poltroto iure belli interemptum contendiſſe. Dicebant illi Ducem Guiſium

eo animo Aureliam obſediſſe, vt quoquo modo poſſet ſeu vi aperta, ſeu dolo illam oppugnaret, & obſeſſos proſterneret, interficeret: eũdemque fuiſſe obſeſſis animum, vt quacunque ratione poſſent Ducem Guiſiũ, cæteroſque omnes qui obſidebant, non ſolum ab obſidione repellerent, ſed etiam armis aut inſidiis opprimerent, necarent: & Poltrotum armatum vrbe egreſſum, per medias militum turmas in Ducem Guiſium irruiſſe. Hæc illi forſã decepti quemadmodum alij eo Lyſandri apud Plutarchũ adagio ὅπȣ γὰρ ἡ λεοντη μὴ ἐφικνεῖται, προσραπτέον ἐκεῖ τὴν ἀλωπεκὴν, ideſt, quo enim pertingere leonina nequeat, ibi aſſuendam vulpinam: aut eo verſu apud Virgilium.

Dolus, an virtus? quis in hoſte requiret?

Sed ne quiſquam, Meinarde, exiſti-

nus me iſta ſcribere, vt commiſſum à Poltroto homicidium vllo modo approbandum putem, id poſſum ingenuè profiteri nullum me vnquam grato animo audiuiſſe, qui

Peccare docentes

Fallax hiſtorias monet.

Mihi nullo modo placuiſſe Zopiri illius à nonnullis laudatam hiſtoriã, qui naſum, labia, & aures ſibi præſcindi iuſſit, vt Babyloniis imponeret, eoſque cum vrbe Babylone Dario Regi ſuo proderet: & Mutij Scæuolæ facinus tantis laudibus à Romanis celebratum: quemadmodum nõnulla in ſacris litteris huiuſmodi exempla me parcè legenda, neque paſſim omnibus committẽda ſemper exiſtimaſſe. Sed ideo ſcribo quod cum vniuerſum populum Engoliſmenſem exemplo Poltroti diffamare propoſuiſſes, debebas ſaltem ex veris rem geſtam propone-

re,vt omnes,quibus libellum tuum legere contigerit, poſſent iudicare, ſi ex illius actis, non dico populares ſui Engoliſmenſes,ſed illius conſanguinei & propinqui in vllam crudelitatis,et inhumanitatis ſuſpicionem cēſeantur incidiſſe. *Hæc quæ de Poltroto Victor Thuartiꝰ,et plura alia ex Popelinerii libro nono hiſtoriæ Franciæ, et ex Iacobi Auguſti Thuani,celebrioribus,qui vmquam fuerunt, Annalium conditoribus,comparãdi, libro trigeſimo tertio,potes Lector ediſcere. Mene igitur ſi* Apologiam *Victoris Thuartij ſcripſerim,et nihil aliud quã hiſtoriæ veritatem ſequutus fuerim, mene, inquam, Poltroto* Apologiam *ſcripſiſſe,et parẽtaſſe? Hæc ſunt,igitur, manifeſtò probatæ impoſtoris Behotij calumniæ, et inde etiam remanet alia probata impoſtura, qua me ait Principes Guiſios in inuidiam vocaſſe. Sed nihil ſubeſt, quo vllam in illos Il-*

luſtriſſimos, et Generoſiſſimos Principes, quos plus quàm impoſtor iſte veneror, inuidiam excitaſse videar. Laudat ex alia impoſtura ſuam ab iniuriis continentiam, et cum, inquit, multos laudauerit, multaque ſcripſerit, nullũ ſe, niſi vt laudaret, nominaſse, et neminem læſiſse, aſserere non erubeſcit. Quã ſit impudens, et intolerabilis iſta impoſtura, docent ea, quæ aduerſus Theodorum Marſilium virum eruditione ſingulari, et ſumma erga Deum religione commendabilem ſcripſit, in libro cui titulum dedit, Diluuium, ſiue Apologia pro Porphyrio in Diludium Theodori Marſilij, quem ita alloquitur noſter impoſtor. Quid enim tam facilè quã te paſſim appellare Ardelionem, vaniloquum, lingulacam, linguacem, locutuleium, futilem, blateronem, nugatorem, gerronem, ſuſurronẽ, lucifugum, veſpertilionem, tenebrionem, ſcurram, morionem, mi-

mum, pantomimum, ſannionem, æruſcatorem, vitilitigatorem, calumniatorem, impoſtorem, falſarium, quadruplatorem, dialogiſtam, bardum, ignarum, ſtipitem, ſtupidum, plumbeum, tardum, aſinum, mulũ marianum, fungum, peponem. Liceret & tecum nugari græcè teque dicere, ἀρεταλόγον, κομπορρήμονα, πομπάστην, κομπολάκυθον, κοπερολόγον, στώμυλον, ἀδολέσχην, ἀθυρόγλωσσον, φλύαρον, ἀκριτόμυθον, κόβαλον, βαττολόγον, συκοφάντην, συκαστὴν, φιλεγκλήμονα, λωβητῆρα, ἐνδεικτὴν, ἐργολάβον, πλαστογράφον, ψευδογράφον, κακοῦργον, τειξώλην, τελοβολιμαῖον, μωρὸν, βωμολόχον, γελοιαστὴν, πανοῦργον, ἀμαθῆ, ἀφιλόσοφον, ἀφιλοσόφητον, ὄναγρον, βάρδιστον, βλακὰ, ἠλίθιον, ἔμπληκτον, ἀβέλτερον. Sed nolim id facere: etiam ſi fortaſſè id verè poſſim: Nam Iouem lapidem, quod ſanctiſſimum iuſiurandum eſt habitum, paratus ſum ego iurare, me nunquã

vllum librum, quantumlibet volumine magnum, legiſſe, vbi tantus ſtupor, tam ſupinæ allucinationes, tam craſſa ignorantia, quam in hac tua ſpurca aretalogia continetur, quas tu res inani iactantia, thraſonica verborum oſtentatione, phormionica confidentia, atque virulenta conuiciandi impotentia obruete conaris. Dixerit Plautus.

Nihil eſt profecto, ſtultius neq; ſtolidius,
Neq; mendaciloquius, neque argutum magis:
Neque confidentiloquius.

Quænam, quæſo, furia, quæ Erinnis, quis Diabolus, præter iſtum Impoſtorem in vnum aceruum ſeu potius in vnam colluuiem, tot tantaſque iniurias, calumnias et impoſturas potuiſſet cumulare? Et nihilominus ſe omnes laudaſſe, et neminem, læſiſſe gloriatur. Quid ille idem impoſtor contra Nicolaum Rigaltium peritiſſimum Aduocatum quem etiam immerentem iniu-

riis & maledictis petiit? Quid etiam contra ipſum Iacobū Auguſtum Thuanum, quem colere, et venerari debebat? cum enim illius auctoritatem Rigaltius citaſſet, quin illum etiam ſuo venenato dente mordere conaretur, impoſtor iſte non potuit abſtinere. Aduocatos quorum opinionem Molinæus recitauit, et quorum vnus poſtea Franciæ fuit Procancellarius, tanquam tumultuarie de iure reſpondentes, accuſauit: eundem Molinæum, Rebuffum & alios Doctores leguleios appellauit, quod permutationes neceſſarias eſſe tradiderint: Imò et Molinæum impietate notauit: et denique neminem, contra quem ſcribere cõſtituit, illæſum, et à conuiciis et opprobriis immunem reliquit. Quod autem me ſub victoris Thuartij nomine Ioannem Meinardum Friſium Academiæ Pictauienſis Doctorem diris deuouiſſe, et contra ſe ipſum prodigioſis cõumeliis vſum fuiſſe ſcripſit. Reſpondit Thuar-

tius iis, quas contra Engoliſmenſes ex quibus eſt progenitus, contumeliis Ioannes Meinardus publicauerat. Reſpondi etiam his, quibus iſte impoſtor iniuriis me laceſſiuit. Docui illa, de quibus præcipuè conqueritur, veriſſima eſſe, & ſi quid alioquin acerbius à nobis ſcriptum fuiſſe illi videbatur, debuerat Veſpaſiani Imperatoris iudiciũ excipere & venerari, qui de jurgio quodam Senatoris, Equitiſque Romani ita pronuntiauit: Nõ oportere maledici Senatoribus; remaledici ciuile, fasque eſſe: *A quo tamẽ iudicio, vt Chriſtian⁹ abſtinuiſſem, niſi me naturalis & iuſta innocentiæ defenſio compuliſſet, ob quam tuendam parce lector, ſi iſtius Epiſtolæ lectura te onerare non erubeſco. Vale Lutetiæ Pariſiorum Nonis Martij anno milleſimo ſexcenteſimodecimo quarto.*

Sueto in Veſpaſiani cap. 9.

PRÆCIPVA SEQVENtis Reſponſionis Capita.

FAlſa propoſitio Behotij de excludendis à iure communi Graduatis pag.10.
Behotiũ nihil probare, et contra illũ omnes locos ſpecificè notatos p.*11*.
Falſa eſſe quæ de ſanctiori conſilio ſcribit Behotius pag.*13*.
Cauillatio Behotij de opinione D. Buthillerij ſuper regula pag 14.
Præuaricationem à Behotio propoſitam meram eſſe calumniam. pa.15.
Nihil deberi Graduatis, quàm ex vacatione vera per obitum pag.17.
Quod mors naturalis ad ciuilem nõ extendatur pag.18.
Quæ ſit diuerſitas inter regulã de Infirmis, et de publicandis, et earum cauſſæ pag.20.& *269*.
D.Buthillerium non excludere nominatos à vacationib⁹ per votũ, ma-

trimonium, et aliis ſimilibus pag. 21.
Contumelioſa Behotij contra antiquos qui erant tempore Molinæi Aduocatos exprobratio pag. 23.
Graduati priuilegio Ordinariorum vtuntur pag. 23.
Academicos poſſe quocumque genere vacationis beneficia poſtulare prętet reſignationem, niſi quod aliter vſus obtinuit pag. 24.
Differentia inter permutationem, et reſignationem ſimplicem in caſu regulę pag. 28.
De clauſula derogatoria regulæ de infirmis pag. 29.
Regula de infirmis ad quinque capita reducitur p. 33.
De Permutatione quando in ea Regula locum habeat pag. 36.
Cauillatio, et falſitas à Behotio commiſſa pagina 37.
Fraudes nullas propoſitas contra Ordinarios eo tempore quo facta

fuit regula pagina 40.
Succeſſiones beneficiorum in Curia introductę in fraudem Ordinariorum pagina 42.
Mandatariis opus non fuiſſe regula pagina 44.
Falſa denegatio Behotij de neceſſaria permutatione pagina 45.
De ſeparandis à regula fraudum cõiecturis pagina 48.
Graduatorum ingratitudo pag. 50.
De coniecturis per Rebuffum traditis ibid.
Nociuã nõ eſſe Regulam Graduatis vt Behotius calumniatur pagina 59.
Ignorantia Behotij de Mandatariis.
Differentia inter beneficia vacantia per fraudum probationem, aut vi Regulæ pagina 67. & 72.
Beneficia per regulam vacantia non deberi Graduatis ſuo iure pag. 73.
Nullum textum pro Graduatis, neque de Regula, apud antiquiores in-

terpretes pagina 73.
Graduatos, licet expectent, ſub antiqua expectantium appellatione non fuiſſe compræhenſos.
Nullum monſtrum confectum, et veriſſima eſſe quę ſcripta ſunt de permutatione pagina 81.
Alexandri Imolæ opinio de permutatione explicatur pagina 88.
Nihil de regula apud Alexandrũ, aliosq; antiquiores interpretes pa.90.
Contrarietates falſò impoſitas à Behotio pagina 92.
Argumentũ ex fraudum cõiecturis quæ in permutatione perquiruntur pag.95.
De perquiſitione fraudum per interpretes pagina 99.
De poteſtate conferendi Ordinariis quæſita, et falſum quod vult Behotius eam à Regibus accepiſſe pa.105.
Nulla conſtitutione prohibitum infirmis reſignare pa. 114.

Beneficiorum collatio Ordinario ſuo iure tributa, et conſeruata p 122.
Lex filiæ meę nihil ad regulam pertinet pagina 124.
Nec etiam cap. 2. de renuntiatione in 6. p. 132.
Exemplum de parentum ſucceſſione pagina 134.
Exemplũ ex Chaſſanęo obſcurè citatum apertius explicatur pag. 135.
Inepta reſponſio Behotij ad argumentum leg. Conſtitutionis nouæ Capitulum p. 138.
Quid conceſſum Graduatis pa. 148.
Nullam conferendi prohibitionem pro nominatis à Rege, ſicut nec pro Graduatis pagina 164.
Impoſtura Behotij de vna cõiectura fraudis pa. 160.
Priuilegium Graduatorum iuris eſſe poſitiui non naturalis pa. 168.
Crimina Simonię, Cõfidentię, et ſimilia ad Regulã nõ pertinere p. 177.

Comparatio poteſtatis iudicis in iudicando, et collatoris Ordinarij in conferendo p. 178.
Differentia inter purum, ſimplicem, et vitioſum actum pag. 184.
Legẽ, aut Regulam nullã eſſe prohibitiuam contra Ordinarios pag. 192.
Ineptia, et abſurditas regulę Behotianæ pag. 222. & 223.
Lex Proculus D. de damno infecto explicata et quod nihil ſit in ea mutatum pag. 225.
Ineptã eſſe foſſionis, et reſignationis comparationem à Behotio allatam pagina 234.
Falſum eſſe quod vult Behotius facta à morientibus eſſe nulla, aut ſuſpecta pagina 152.
Cõſiliũ Ancharani à Behotio citatũ nihil ad quæſtionem pagina 253.
Differentia fraudum quę ad regulã pertinent, et quę à iure communi dependent pag. 262.

Behotius Molineum tanquam litiũ ſeminatorem accuſat pag.269.
Quędam notanda de Edicto Henrici ſecundi cõtra paruas Datas 284.
Plenitudo poteſtatis in ſummo Põtifice pagina 296.
Exemplum ex valerio ei penitus cõtrarium quod Behotius finxerat pagina 303.
Decius falſò et imperitè citatus à Behotio pagina 320.
Impudens Behotij in omnes Pręlatos calumnia pagina 324.
Rationes collectę pro Ordinariis contra Regulam pag.327.

MAGISTRI GVILLELMI

Ad Adrianum Beotium Artium Magiſtrum, Canonicum & Magnum Archidiaconum Eccleſiæ Rothomagenſis couſinum ſuum.

DE SVA CONTRA ANImaduerſionem DIONISII BVTHILLERII *In Parlamento Aduocati Cenſura;*

ADMONITIO MACARONICA.

DOMINE mi couſine, portaui ad Dionyſium Buthillerium tuum vltimum librũ. Eum inueni releuatum de vno grandi morbo de quo non eſt adhuc

bene garitus. Et nihilominus recepit illũ; dicens ſe gaudere quod illi tradidiſſem: quod volebat illum legere in mea preſentia, & dicere mihi quid reſpondere poſſit in paucis parolis: quoniam amplius nolebat ſcribere. Ideoq; me rogauit, vt poſtera die eum reuiderem; quia interea legeret illũ. Feci quod mihi dixit: & die ſequẽti cũ rediiſſem, & ille me vidiſſet, illico fecit apportare ſuam quæſtionem, tuam reſponſionem, & tuam Animaduerſionem, dicens quod in campo volebat verificare quæ diceret. Quo audito præparaui meas aures ad bene audiendum, vt poſſem te fideliter aduertiſſare de his quæ audirem ſi poſſem retinere. Commenſauit ergò, ab Intitulatione, qua lecta incidit in tantum riſum, vt vix pro amicitia quam tibi portó, & noſtra conſanguinitate ſufferre potuerim. Ille enim ruminabat neſcio quid intra dentes de cenſoria nota, quod ego non intelligebam. Et obmiſſa intitulatione, cum legeret Epiſtolam quam Turgotio ſcribis, dixit ſe nihil legere, quod non expectaret a te continuãdo ſecundum naturam pedantis, vt dicebat, ſuas injurias. Quod ſi ea quæ ſcripſit ſunt ſenis oſcitationes, ſi quid ordine, diſtincte, & e re,

ſcripſerit, & ſi conuiciis & contumeliis vſus fuerit, lector ex his, quæ in ſuis, & tuis libellis probata ſunt iudicabit. Riſum tuũ catuli ore Gallicani compoſitum riſit. Tuũ & amicorum tuorum leonem contempſit. Dixit ea quæ de gente & Ducibus Normaniæ ſcribis aliena eſſe ab his, de quibus inter te & illum agitur: ſed cum vellet retrudere illa quæ de noſtra antiquiſſima ſtirpe ſcribis, ego ſtatim illum arreſtaui, dicendo quod ſi pergeret ſortirem de ſua domo, nec amplius audirem quod dicere volebat: ideoque non paſſauit vltra. Dixit etiã, quod ea quæ ſcribis de parricidis nihil ad illum pertinent: niſi parricidas Barrierum Lugdunenſem, & Chaſtelum Pariſienſẽ, ad omnes Lugdunenſes & Pariſiẽſes pertinere dicas: de quo vt ego puto bene caucbis. Quod parricidis Apologias ſcripſerit, & Principes Guiſios in inuidiã cõtumelioſe & ſcelerate vocarit, calũniã eſſe probat Apologia quã pro Frãcogallis victor Tuartius edidit. Benedixit te feciſſe, quod viros probos laudaueris, ſed peſſime quod alios viros etiam probos libris impreſſis, quos deſauouare nõ potes injuriaueris. Nihil etiam gloriari ſe dixit, quod tibi reſponderit: quoniam in eo

non eſt magna gloria: ſed quod coactus ſcripſit: quod multi ex ſuis amicis ita illi perſuaſerunt, ne ſine reſponſione relinqueret injurias quæ contra illum immerentem compoſueras, publicaueras, & per vrbis compita ad tuam oſtentationē, illiuſque contumeliam affigi curaueras. Hæc ſunt quæ ab illo audiui de tua Epiſtol. De his autē auctoritatibus, quæ eandē Epiſtolā ſequuntur, & de tuis quæ ex ſua Quęſtione & Animaduerſione quaſi cōtraria collegiſti, dixit ſe reſponſurum ſuo loco & verificaturum te clauſulas truncaſſe, immutaſſe & falcificaſſe. Cum vltra legeret, & riſu finito. Reſpondit mihi ſatis humaniter, quod vehementer mirabatur tuam beneuolentiam, qua tu illi & ſuæ dignitati, te dicis pardonare. Sed quod renunciat tuo pardono: quoniam ad pejus te ponit, Et cum magno meſpriſu dixit de te loquens

pag. 1.

Attamen incagans illum non æſtimo fonzū.

Tu ſcribe, inquit, tuo conſino, quod ſi me non injuriaſſet, ego illi non reſpondiſſem: quoniam licet vnique quòd velit ſcribere dummodo non ſit injurioſus. Et quòd debebas te reſſouuenire de his quæ docebas diſcipulis ſuis cùm eras Regens

Ex macaronea tertia Merlini Cocaii.

Quod Buthillerius reſpondere voluit nō laceſſere.

in vniuerſitate

Hic reſpondere voluit non laceſſere
Benedictis ſi certaſſet, audiſſet bene.

Riſit denuò quòd dicendo illi iujurias, tu dicis te ſales aſperſiſſe. Sed reſpondit ſe tuum ſal guſtare, neque tuas falſas & ſuperbas injurias pati potuiſſe, quoniam

Eſt villanorum toleranda ſuperbia numquam.

pag. 2. Ex eiuſdem vndecima Macaronea.

Et nihilominus te recte facere, quòd iis quæ contra te ſcribſit reſpondere nolis, quoniam nihil ſcripſit, quòd non ſit verũ, & quòd ea quæ vera ſunt reſponſum non recipiunt. Neſcit quid velis dicere non eſſe tua vitia, quæ in ſua animaduerſione poſuit, quòd debebas ea exprimere, ſi reſponſum velles, quòd cum injurias ſcribebas, teipſum ex Phauorini quã ſcribis allegatione pro iniquo & inimico debebas iudicare: quòd reſpondere injuriis non eſt de bona cauſſa dubitare, & quòd à te, ſi eſſes iudex tamquam ſtulto iudice ſtultam ſententiam expectaret, Bourdonnauit neſcio quid cõtra illa quæ tu de columna Menia, de impudentibus Rabulis, nec non de iis, qui conuicia ſpargunt ſcripſiſti: dicens ea ipſa contrà te, & quemlibet alium dici poſſe & de facto iã

pag. 3. De colũna Menia & impudentibus rabulis.

De victore Turatio pro Francogallis.

pl ues anni ſunt, ſe compagnouū tuum Dadræum ad eam dem columnā, ex qua cauſidicos piſcaretur, remiſiſſe: vndè fortè allegationem iſtam derrobaſti. Dixit etiam Victorem Tuartium Gallos, ſeu potiùs Francogallos, & Engoliſmenſes injuſtè & ſine vlla occaſione per Meinardum prouocatos, deffendiſſe, & ab illius injuriis, & calumniis vindicaſſe. Sed falciſſimum eſſe, quòd ſcribis Rauaillaco & Poltroto parentaſſè quemadmodum libellus ab illo editus ſatis ſupérque teſtatur: & calumniandi qua brulas conſuetudinem, te vt iſtam impoſturam ſcriberes impuliſſe: aut propter illud fortè, quò doctrinam quæ Rauaillacò tam immane facinus perſuaſit, & quam durantibus guerris à Regum noſtrorum hoſtibus accœpiſti, diſſimulares. Iniurias & contumelias quas contra ſe ſcripſiſti in tua reſponſione, apparere:, cauſſam quam dicis Academiæ deffendere, opinionem quam vellet pro ea ſuſtinere, & errorem ſi ipſe commiſiſſet reprehendere tibi licuiſſe confitetur: non autem eum qui te numquam verbo aut facto attaquauerat, neque tibi illum deplaiſerium fecerat, eum, dico, ignorantiæ, imperitræ, doli, ſtolidicatis, præ-

De iniuriis Boetii contra Buthillerium.

uaricationis & calumniæ quèmadmodum feciſti, accuſare. Se etiam Dadræi compagnonis tui conuiciis quæ contra ſe immerentem, & quòd duarum nobilium viduarum cauſſam contra aſſaſſinos deffendiſſet, ſcripſerat, reſpondiſſe. Itidem & quòd ex Cicerone, Seneca & Ammiano ſcripſiſti contra te, ſi vocem haberes, alióſque omnes qui loquendi venuſtatem habent, etiam dici poſſe, niſi forte cùm de Næuio loqueris, Næuium illum Turpionem quem in omni calumnia Verres præcurſorē habebat, te eſſe fatearis; quoniam tu es tam bonus Eccleſiaſticus, vt vocem prædicationum tuarum, nemo unquam audiuerit: adeo vt te omnes elegātem ad iniuriādum, fruges beneficiorum conſumendum & pauperes curiones tuo Archidiaconatui ſubdicos opprimendum, ſed pauperem præſbyterum ad prædicandum agnoſcant. Quòd ſuſtines eum turpiter erraſſe, dixit ille quòd perſiſtit in ſua Animaduerſione, & ad ea quæ tibi contra illius vitam ſponte a multis claris & fide digius oblata, & a te repudiata fuiſſe dicis, reſpondit quòd non credit: quod nemini vllum ſubjectum dedit malè dicendi te de ſe, & quòd neq; te, neque il- *pag. 5.*

los viros pertimeſcit. De turpi & honeſto dicit quòd cum habeat Horatium pro ſe, tibi relinquit Calepinum : & quod ſi quid turpe in ſua Quæſtione notaueras, explicare debuiſti, nec tamē feciſti in tua reſpōſione, neq; in iſta tua cēſura quidquid dicas. Quòd nulla ſit bona ratio in ſua Quæſtione, id quidem in diſputatione & in opinione, non autem in turpitudine conſiſtere. Sed miratum ſe dicit tantæ impudentiæ, qua cum eum ignorantem, ſubdolum, imperitum, ſtolidum, præuaricatorem, & calumniatorem appellaueris, iſtas iuiurias illius excuſandi cauſſa te ſcripſiſſe audeas aſſerere. De cauſſa ſui filij, nō contra Academicos, quos vſque ad hanc diem non nouit partes, ſed contra Richerum, illam numquam ſe denegaſſe dicit, & ſe ſcripſe, prout verū eſt vt dicit, quòd Quæſtionem compoſuerat longè antequam lis illa mota fuiſſet, & quàm eam futuram cogitare poſset. Eadem ratione nihil ex profeſſo contra Graduatos, & Nominatos Curiæ ſe ſcripſiſſe: ſed ex majori Tractatu quæſtionem ſumpſiſse, qua ex animi ſui ſententia, & nullo alio motu expreſſit, quæ ſibi æqua & iuſta videbantur. Quæ de quorumdam graduatorum

Imp. dētia de Iniuriis tāquam excuſationibus.

pag. 6.

inſcitia & ignorãtia ſcripſit, necnon de his quos tu ipſe vultures corpora Beneficiatorum expectantes, appellas, veriſſima per experiẽtiam apparere: nec tamen ad reuerendum Rectorem, Doctores, profeſſores & alios qui in Academia docent vllo modo pertinere, quemadmodum dicit ſe in ſua Animaduerſione explicaſſe: & Richerianam cohortem extra eos conſiderãdam eſſe. Quod ais, ſe gloriari de litteris magiſterij, ab Vniuerſitate acceptis, dicit quod falſum narras: quoniam in ſua Animaduerſione, per expreſſa verba ſcripſit, ſe non magiſterij litteras, quemadmodum tu: ſed totius vniuerſitatis, quæ nunquam ab ea requiſiuerat, & quæ illa, ſibi tradidit cum elogio ſcripta teſtimonia. Quod ei ſenectutem obieceris, nullam alibi quam in tua reſpõſione quęrendam eſſe probationẽ, niſi addas quod denuo ſcribis te iſta feſtiuitate delectatum: & de ſaltatione cum ancillis à te dubitãter, ſed calumnioſè ſcripta: meram eſſe contumeliam dicit. De Iuriſconſultis, quos nominas, reſpondit bene eſſe, quod nullos antiquos nominare potuiſti, quod nominatio tua de perſonis dominorum Gomeſii, Rebuffi, Molinæi, Chopini & Loeti non verificat quòd

pa. 7. & 8

Impoſtura Beotij de litteris magiſterij.

pag. 4.

pag. 10.

De Doctorum & interpretum opinione.

omnes Iuriſconſulti ſicut ſcripſeras eſſent de tua opinione: quòd omnes ſub numero quinque non poſſunt comprehendi: & quòd illum calumniaris dicendo quod dixerit Iuris communis ſubſidio priuandos eſſe Academicos, quia nunquam dixit. Quòd ad regulam pertinet ſe nominaſſe Decium antequun Doctorem qui illã reprobat, cui reſpondere non potuiſti: & quod in ſua animaduerſione iuſtificauit dominos Molinæum & Louetum nullo modo eſſe pro te: quoniam de Chopino nihil ſcripſiſti: Dicit etiam, quod tu te trompas dicendo, quòd Quæſtio à ſe propoſita non ſit præcipua & ſola vtrùm graduati quemadmodum nominati curiæ iuuari poſſint regula contra ordinarios, & eas quæ ad ius commune & fraudum coniecturas pertinent omnino diſtinctas & ſeparatas eſſe. Quæſiuit à te, vt notares paginam ſuæ Quæſtionis, qua inueniſſes, ſe communis iuris ſubſidio graduatos excludendos eſſe, & contra fraudum coniecturas iudicium Academicis dandum non eſſe diſputaſſet: hęc ſunt tua verba, quæ probare debebas vt dicit, & quòd loco ea verificandi, tu declaraſti paginas in quibus nihil de illis verbis per te expreſſis ſcriptũ

pag.11. Quæſtionem eſſe de regula

pag.12.

Falſa propoſitio Beotij. de excludendis a iure communi graduatis.

reperitur, ſed dumtaxat quòd ſcripſit nullas fraudum coniecturas contra reſignationes puras & ſimplices ab ordinarijs admiſſas recipi debere: Imò quòd in eo te calumniatorem oſtendis, quoniam iſta diſputatio multum differt ab illa indefinita iuris communis & fraudum excluſione: & quoniam non poſſum tibi referre omnia quæ mihi dicebat, recordor eum dixiſſe quòd rationem ſuæ diſputationis multis in locis propoſuit, nempe reſignationes puras & ſimplices de quibus agitis iure eſſe permiſſas, ideóq; contra eas nullas fraudum præſumptiones recipi delere: quòd ipſe explicauit de fraudibus quæ ex regula dependent, quibus etiam reſpondere non potuiſti. Sed parce mi couſine ſi dicam, te non ſolùm in ea quam à te requitebat paginæ demonſtratione grandementer erraſſe, quod alia verba pro alijs demonſtraueris, ſed etiam in eo quòd addidiſti *Si dictum retractet*: quoniam tu ſcis, quod non eſt de noſtra patria. Sed certè quia tu ignorantię, mendacij & impudentię in ſua animaduerſione conſenſum arguis, deſideraſſem vehementer, vt locos notaſſes, quoniam ſi eos inueniſſem, crede mihi, quòd benè loquutus fuiſſem ad ſuam barretam.

Beotium nihil probare. Et Buthillorium locos ſpecifice notare.

Sed certè confeſſandum eſt illum facere plus quam tu, quod cum te accuſet de impudentia, aut mendacio, ſtatim dicit quare: veluti cum te dicit impudentem, ſpecificat actum impudentiæ in eo quod cum tu eum ignorantem, imperitum, ſtolidum & calumniatorem vt iam dixit appellaueris, non te puduit dixiſſe, quòd illius excuſandi cauſſa ita loquutus ſis: Et cum te mendacij accuſat, addit etiã probationem, veluti per exemplum in eo quod ſe gloriari dicis de litteris magiſterij, quaſi ab Vniuerſitate eas impetraſſet; & ille ſtatim probat te mentitum fuiſſe, quoniam verbis expreſſis ſcripſit in ſua animaduerſione, ſe numquam tales litteras habuiſſe, neque voluiſſe: & multa alia etiam eſſe ſimilia tam in tua reſponſione quam iſta cenſura. Tu verò nihil ſpecificas & loqueris generaliter ſine vlla probatione. De Richerio nullam excuſationem recipit, quoniã primo, & tu ſecundo eamdem calumniam contra eum inueniſtis, videlicet ſe contrarium ei quod pro ſuo filio ſuſtinet, antea ſuſtinuiſſe, & ſubſignaſſe: Sed quam dicis fabulam, in qua tot ſint mendacia quot verba, ille hiſtoriam vocat, de qua quidquid ſit de magna parte teſtes nominauit,

pag. 13.

quos tu ſaonare non poſſes : & quod ſubtilis & finus es in negando ea quibus nõn habes reſponſum. De impreſſione ſuæ Quæſtionis innumeri ſũt teſtes, eam mẽſe Auguſto anni milleſimi ſexcẽteſimi duodecimi fuiſſe perfectã; & de eo quod aſſeris eã Rothomagum menſe Ianuario ſubſequẽti tibi fuiſſe miſſã, reſpondit quod tuus grandis amicus Richerius non tantum remanſit ad te aduertiſſandum. Quantum ad ea quæ in ſanctiori regis conſilio eueniſſe ſcribis, dicit quod malum recordum a Richerio accepiſti: quoniam falſum eſt, ſe excanduiſſe, Academicos maledictis inſectaſſe, neſcio quid grauius contra eos conſuluiſſe, & illi indictum fuiſſe ſilentium à ſereniſſimo Principe Condæo, & è contra dicit, ſe argumenta litis ſine colera & maledictis recitaſſe: nihil contra Academicos admiſiſſe, & ſe ab illuſtriſſimo Principe Cõondæo benigniſſime auditũ, niſi quod cũ theſes à Richerio circa annum milleſimũ quingenteſimum nonágeſimum ſecundum diſputatas ramentauiſſet, eas ad Reglamentum iudicum de quo agebatur nõ pertinere dixit Princeps illuſtriſſimus, & cætera quæ à ſe propoſita ſint patienter audiuit. Eius ſe veritatis teſtes habere o-

De impreſſione Quæſtionis.

Falſa eſſe quæ de ſanctiori conſilio ſcribit Beotius

pag. 14. Cauillatio Behotij De Buterilleri opinione ſuper regula.

mnes qui ei actioni interfuerunt. Cauillationem à te factam remarquat in eo quod dicis, illum non ſatisfacere obiectioni eorum qui affirmabant, ſe huiuſmodi reſignationes omnimodo reiiciendas eſſe conſuluiſſe, & ſubſignaſſe. Et rationem reddit quod vt ei ſatisfaceret, ſtatim poſtquam ea quæ Richerius dicebat illi fuerunt rapportata, fecit imprimere quæſtionẽ, quā compoſuerat, longe ante quam contra ſe illa calumnia per Richerium, quem tu ſequutus es, propoſita fuiſſet: quod tu & ille probare debebatis ſe contrariam ab ea quæ ſcripta eſt in ſua de quæſtione opinionem aliquando tenuiſſe, ſi vos à calumnia liberare volebatis: Et nihilomin⁹ ſe poſt duos menſes dernieros, retiraſſe à Domino Quentino Gehenaut Doctore Theologo meritiſſimo eas ſcripturas, quas pro eo fecerat, quibus anno milleſimo quingenteſimo octuageſimo quinto ſuſtinuit contra nominatum curiæ, regulam non habere locum in ordinario collatore: ne quidẽ in permutatione, de qua in illa cauſa agebatur: atque arreſto magni conſilij pronuntiato Pridie idus Decembris eiuſdem anni ita pro Gehannaut Iudicatum fuiſſe: His dictis fecit magnum feſtũ de eo quod

tu ipſe confiteris eum hominem, quem tibi coniunctiſſimum & accuſatorē de præuaricatione contra illum ptopoſueras te ipſum eſſe : quoniam iſta ſuppoſitio per tuum proprium os probata ſufficit ad verificandum quod tu es vnus magnus impoſtor, qui cum iniurias ſcribis, ab alio tibi dictas eſſe imponis : Et certe, mi couſine, ego non poſſum ſatis digerere, cur mixtam ignorantiæ calumniam eſſe ſcribis, de eo quod ſcripſit de homine tibi coniunctiſſimo, quia nihil ſcripſit, niſi quod ſcripſeras ; & ſi in eo dixit calumniam, tu illius te ipſum auctorē recognoſcis. De teſtibus ad mittit Girardum meritiſſimũ aduocatum. Sed Turgotium ſaonat quoniam ex profeſſo, & nullo merito, ſe quottidie illius inimicum demonſtrat. Quod autem nouam hodie in tua cenſura præuaricationis accuſationem proponis, ſcilicet ſe poſtquam pro te conſuliſſet, eis qui tecum cōtendebant contra foti fidem ſuas fores & conſilia tua aperuiſſe, nouum eſſe dicit tuarum calumniarum falciſſimum inuentum quod in tua reſpōſione nō fuiſſes oblitus, ſi verum exiſtimaſſes : ideoque cum falſa relatione illius tibi coniunctiſſimi coniungendum. Et ſubito ridens hæc extrema

pag. 15.

Contra præuaricationis calumniā a Beotio propoſitā

Ex Tertia Macaronea eiuſdem Cocay.

verſus verba mihi tibi portanda ſcripto tradidit quæ tibi fideliter mitto,

Mentiris turpe caueſter.

pag. 16.

Neſcit quid velis pro te excuſando dicere, de his quæ prætererieras ex ſua Quæſtione: & inſcriptionem illius eſſe de infirmis reſignantibus, quoniam iſta eſt illius tractatio, & ſubiectum: omiſſis alijs Quæſtionibus, quæ in ſuis Commentarijs continentur: neſciens pareillamenter in quo conſiſtat illa ambitio, quod in ſingularum paginarum capite ſcripta ſit, niſi tu impreſſorem, qui ita voluit ambitioſum appelles, De cenſura, quam ex verbis *quando & quomodo*, ſcripſiſti, reſpondit, pedantiſmum eſſe barbato pedante dignum: & quod non quæſiuiuit quando beneficium vacaret vt reſponderet per mortem &c. Sed ſuam Quæſtionem propoſuiſſe, *Quando & quæ beneficia Nominati poſſent a collatoribus poſtulare vt reſponderet*, Quando vacat per genus vacationis quod expreſſit: quæ verba ad tuum aduerbium temporis referuntur, ſi tu barbatus puer, quoniam de puero loqueris ea intelligere potuiſſes. Dixit deinde commentaria de Regijs Nominationibus ſe conſcripſiſſe per multas Quæſtiones, & in Decima Ter-

De cenſura ex verbis Quando. & quomodo

De Commentarijs Ad regias Nominationes.

tia

tia tractaſſe de tractatione per obitū, qua ſola adueniente & non antea Nominati & graduati beneficia poſtulare poſſunt, neque ex amphora vrceum confeciſſe. Quòd ex ſuo cognomine objicis, ſe artem inflandi lagenas didiciſſe, dixit ſe eidem objectioni quam Dadreus compagnonus tuus in alio contra ſe libello ſcripſerat, reſpondiſſe. Et ſi cognomen ſuum cum tuo conferre velis, quòd ſecundum ſuum

De cognomine Buthillerij & Behotij.

Nunc vino pellere curas,
Tempora populea mauult vincire corona.

quam ſecundum tuum, ſuem Beotium aut bouis ingenium & aures habentem ex Βοῦς et ὦτα remanere. Quidquid ſcripſeris, dicit ſe nullomodò iritatum fuiſſe de his, quæ de ſua quæſtione ſine reſponſo paſſaſti: neque de his quæ etiam paſſas in tua cenſura: ſed de tuo neſcio quo genere vacationis de quo nihil potui intelligere, dixit, ſi benè poſſum me ramentare, quòd graduatis & nominatis nihil debetur, niſi per veram vacationem per obitum, quòd vacatio ex vi regulæ non eſt vera, ſed ficta, quoniam vera & ſola erat antè obitum reſignantis per reſignationem. Et quòd genus iſtud fictæ vacatio-

pag.17.& 18.

Nihil deberi graduatis quam ex vacatione vera per obitū.

nis ad naturalem obitum, quo dumtaxat beneficia poſtulare poſſunt, extendi non debet : & iſtud dicit te intelligere non potuiſſe. Nam quòd ad verba quæ ſcripta ſunt in tua cenſura *ait, negat, reuocat, replicat, queritur, iraſcitur, conuiciatur*, ſine dicere in quo, dicit eſſe parolas hominis qui nihil habet in burſa pro pagare. Riſit denuò de obmiſſione, de qua illum accuſas, Quòd cum vnam clauſulam ſuæ Quæſtionis his verbis incœpiſſet. *Quid ſi Prælatus aut Beneficiatus, &c.* & eamdem clauſulam inſeruiſſet in ſua animaduerſione, omiſit vocabulum, *Prælatus*. O Magna, inquiebat, obmiſſio : quaſi verò nomen beneficiati non comprehendat Prælatum. Scripſiſti bene eum in ſua Quæſtione emploiaſſe, quod non juuat, & quod ſuam imperitiam detegebat : Sed in quo, vetemanter mi Couſine, tu es curtus, & ſine probatione : quemadmodum & in eo quod non dicis, Qui ſunt illi ancipites variique fluxus, vt te incautum falleret, & fugam arriperet : ſed te bene feciſſe confeſſando quod mors naturalis ad ciuilem non extenditur, quoniam eamdem rem dixit tam in ſua quæſtione, quàm animaduerſione: & quòd inde ſuſtinuit quod va-

pag. 19. & 20.

De obmiſſione vocabuli Præatus

Quod mors naturalis ad ciuilē non extēditur.

catio ficta per regulam, ad veram vacationem per obitum, eadem ratione qua mors ciuilis ad mortem naturalem, extendi non poteſt. Et poſtea continua oratione perſequendo. Quid ſit, inquit, petere per extenſionem ſanè neſcio, ſed id ſcio, nec alia probatione opus eſt, quod cum ex ſola vera vacatione per obitum graduati petere poſſint: illa nullo modò comprehendit alium fictum vacationis modum per obitum, quem nonobſtante reſignatione regula introduxit, niſi ordinariorum priuilegio adjuuentur, & quod negat vacare beneficia per matrimonium, votum & mortem ciuilem ficta vacatione in caſu regulæ de infirmis, reſpondeo, cauillationem eſſe: quoniam cum dixiſſem in mea animaduerſione, certum eſſe plerumque vacare beneficia per matrimonium, votum, mortem ciuilem, & ficta vacatione in caſibus regularum de Infirmis & de Publica ndis: dictio iſta *plerumque* demonſtrat me noluiſſe dicere certitudinem eſſe perpetuam: ſed illam apparere veriſſimam, ex eo quòd tuus conſobrinus confitetur, omnes illos modos vacationum per matrimonium, votum, &c. cadere in regulã de Publicandis, per-

inde ac ſi mors reſignantium interueniſſet: quod aliter, quàm per fictionem accidere non poteſt, quemadmodum in regula de infirmis: quoniam in vna atque altera regula reſignationibus rejectis, his ſcilicet quæ in Regulam incidunt, intelliguntur beneficia vacare per obitum: Et quòd vndecumque tuus conſobrinus ſe vertat, ſiue ex vi regularum, ſiue rejectis & ceſſantibus regulis, veriſſima remanet propoſitio qua ſcripſi, beneficia vacantia per matrimonium, votum, mortem ciuilem, & alia huiuſmodi, iure quo vtimur nominatis non deberi, niſi in his caſibus quibus collatorum ordinariorum priuilegio, ſeu potius iure vti poſſunt. Admittit regulam de Publicãdis diuerſam eſſe à regula de Infirmis: ſed ait vnius & alterius eãdem eſſe cauſſam & rationem, ne beneficia fiant hæreditaria. Nam quod ad tuam diſtinctionem extenſionis & comprehenſionis cum vtraque introducat vacationem per obitum, licet re vera vacaſſent beneficia per reſignationes antecedentes, nhil intereſt vtrum id fiat per extenſionem, aut comprehenſionem, aut ſi ita velis per commutationem, qua vacationes veræ per reſignationes in vaca-

pag. 23. Quæ ſit diuerſitas inter Reg. De Infir. & De Public. & earum cauſſæ. pag. 24. & 25.

tiones ficta per obitum, vi earumdem regularum tranſmutentur, & pro veris vacationibus recipiantur: imo in regula de Publicandis, ſi vacationes per matrimonium, votum, mortem ciuilem &c. ſpectemus, duplex eſt fictio: vna qua beneficium quod vacabat per reſignationem cenſetur vacare per obitum ex vi regulæ, & altera qua vacatio per matrimonium cenſetur ex identitate rationis eadem eſſe quæ vacatio per obitum: & quòd verba quibus ille ipſe vtitur, nempè *fictionem*, *quæ ex regula de Publicandis inducitur*, &c. meã inquit opinionẽ probant, vt tantũ operetur fictio in caſu ficto quantum veritas in caſu vero, ſed imponit in eo quod ſcribit me excludere nominatos à beneficiorum ſic vacantium, ſcilicet per votum, matrimonium, &c. impetratione: ſi enim intellexiſſet quæ ſcripſi tam in mea quæſtione quàm in animaduerſione, collegiſſet duas propoſitiones, quas vſus recepit: vnam quod nominati curiæ, quibus debentur vacantia per obitum, ea petere non poſſunt, quæ extra terminos regularum vacant, per matrimonium, votum, mortem ciuilem, & alios huiuſmodi modos: & altera quòd ſi eadem vacationum

pag. 26.

Buthillerium non excludere Nominatos a vacationibus per votum, matrimonium, & aliis ſimilibus.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

genera in regulas incidant, illis non debeantur, niſi ex priuilegio ordinariorum: imo potius ſi iure illis & cum eis nato & quæſito vti velint, quemadmodum vtuntur. Cum enim fauore ordinariorum factæ fuerint regulæ, vt ſcilicet nonobſtantibus reſignationibus, quæ in eas incidebant, beneficia tamquã per obitum vacãtia conferre poſſent, negare nemo etiam poteſt quin ius iſtud illis quæſitum fuerit quo eaſdem reſignationes impugnarent, non autem graduatis & nominatis curiæ, qui tempore quo eas condidit Bonifacius octauus nondum extabant: ſed quoniam ſancita fuerunt aliquo poſt tempore eorum priuilegia, quibus ordinarij beneficia per obitum vacantia, illis ſcilicet graduatis & nominatis curiæ conferre tenerentur, receptum fuit, quaſi per neceſſariam conſequentiam, vt eodem priuilegio ſeu potius iure ordinariorum vti poſſẽt, & beneficia per huiuſmodi fictum obitum, ex regulis tamquam veræ eſſent vacationes, poſſent poſtulare: cũ alioquin per naturalem duntaxat petere potuiſſent. Sed miror iſtius hominis impudentiam, qua cum ad meæ opinionis confirmationem citaſſem ex Molinæo prima-

pag. 27.

tios, qui tunc erant curiæ patronos, inter quos erat dominus Montolonæus paulo poſt Franciæ Procancellarius, ille eis tamquam ſi tumultuariè in conſilium vocati ex opinione, non minùs quàm ex ſcientia ſententiam tuliſſent, auſus ſit improperare: neque enim exiſtimaſſent, vllum inueneri poſſe, qui tantorum hominum memoriam laceſſere, illorumque oſſibus & cineribus iſtud opprobrium inurere voluiſſet. Sed quando ita eſt vt à venenatis linguæ ſuæ aculeis ne quidem mortuos excipere potuerit, mitiori ſanè animo eas ferendas exiſtimo iniurias, quas in me conjicit, vel eo maximè quod poſt iſtud in illos immerentes opprobrium, in aduocatos indefinite tamquam hominibus, moleſtos & in ſuis conſultationibus leues & tumultuantes inſultauerit. Et ſanè mi Couſine, conſiderare debebas quod multi ſunt iſtius profeſſionis homines qui valent tantùm quam tu, & qui fortè iſtas iniurias pati non poſſunt: quòd ſaltem meminiſſe debebas quot & quanta beneficia à domino Girardo meritiſſimo vt dixit aduocato acceperas: Dixit deinde mihi ſuper eo quod ſcribis, falſum eſſe in Academiæ graduatis vt alio genere vaca-

Cõtumelioſa Behotij contra antiquos qui erant tempore Molinæi aduocatos exprobratio.

pag. 28. Graduati priuilegio ordinariorũ vtuntur.

tionis quàm per obitum naturalem petere non poſſunt, quod debebas addere eá quam ille ſcripſerat in ſua Animaduerſione limitationem, niſi ordinariorum collatorum priuilegiis vtantur: quoniam illis vtendo quemadmodum, vt dixit, vti cõſueuerunt, etiam ex ficto obitu, qui per regulas verus cenſetur, petere poſſunt. Laudat nihilominùs, quod ſcribis Academicos poſſe quocumque alio genere petere, & per Concordata ab eorum petitionibus exceptas tantùm fuiſſe reſignationes, quoniam iſtud verum arbitratur: ſe multoties idem cogitaſſe, & quòd de facto in ſua Quæſtione genus duntaxat per obitum expreſſit, non quod ita conſtitutum fuiſſe vlla lege, vllo canone aut vlla decretali inueniſſet: ſed quòd ita ſemper viderat iudicari, & ſi agerent Academici apud iudices, qui de rebus iſtis iudicare conſueuerunt, vt ſibi primæua illa facultas petendi beneficia, quocumque genere vacationis, excepta reſignatione, ea vacare contingeret, perinde ac ſi per obitum naturalem vacarent, petitiones illorum iuſtiſſimas, nec vlla expulſione detrudi poſſe arbitratur. Videbis ſuprà, nec repetenda ſunt quæ dixit, de vera & ficta

Academicos poſſe quocũque genere vacationis beneficia poſtulare præter reſignationem, niſi quod aliter vſus obtinuit.

pag. 29.

vacatione : ſed legendo ea quæ ſcripſiſti de vocabulo cenſeri : ô exclamauit feſtiuum Grammaticum : ſi conſobrinus tuus conſuluiſſet Calepinum, ad quem ab ipſo ſtatim initio ſuæ cenſurę me remiſit, & ſi alios bonos auctores didiciſſet, quemadmodum debebat, reperiſſet in Calepino verbum cenſeo idem ſignificare quod puto, exiſtimo, arbitror. Et in Nonio Marcello quem Calepinus non citauit, cenſere idem eſſe quod exiſtimare & arbitrari, quæ verba ad opinionem non ad rem vllam decernendam pertinent, ideóque Rebuffum & me in iſtius vocabuli ſignificatione non erraſſe. Nolim tamen negare ait idem verbum nonnũquam accipi pro eo quod dicimus, ſententiam dicere, veluti cenſuerunt ſenatores, id eſt ſententiam dixerunt, non autem quod decreuerint vel iuſſerint, quemadmodum apud Romanos cẽſebat Senatus, & Populus decernebat, iubebat, vt eſt apud Liuium. Agnouit etiam idem verbum accipi vt ſignificet præcipere, conſtituere, decernere, quemadmodum in lege quam citaſti. Et apud Vlpianum in his verbis, de qua re ita cenſuerunt, id eſt decreuerunt, & vt vulgò dicimus ordinauerunt. Sed

De vocabulo cẽſeri.

Lib. 9. Belli macedonici.

L. Item veniunt. P. pridie. De Petit. Hære.

duas iſtas poſteriores interpretationes, nullo modo cum verbis regulæ conuenire: quibus non dixit ſummus Pontifex ſe vacationem per obitum cenſuiſſe, id eſt decreuiſſe & ordinaſſe: et imo vero ſe ſtatuere ordinare vt beneficia quæ verè per reſignationem vacabant, per obitũ vacare cenſeantur id eſt exiſtimentur, quod aliter vt iam dixit quam per fictionem fieri neque cogitari poteſt: ita tamen vt fictio illa idem operetur, quod veritas: quemadmodum in omnibus fictionibus recipi tradit Bartolus, quia lex inquit non poteſt facere veritatẽ mutari vt in P. factæ nisi per fictionem. De verbo *precarium* neſcio ſanè, vbi ſomniabat tuus conſobrinus, quando illud quaſi oppoſitum verbo decretorium ſcripſit, quoniam nemo vmquam cogitauit, verbum cenſere vllo modo ad iſtud precarij poſſe accommodari. Et cùm hæc dixiſſet, feciſſetque paruam pauſam quaſi neſcio quid cogitans, inquit, video quid eum ad decretorii interpretationem induxit. Nempè quod cum ſuo libro titulum cenſuræ dederit, id agit, vt ſi vocabulum cenſere pro decernere accipiamus, cenſuram iſtã tanquam decretoriam ingerat, quod quã

In l. ſi is qui pro emptore D. De vſu cap.
De verbo precariũ.

ineptum ſit, nemo eſt qui nõ videat. Et cum hæc dixiſſet adjoutauit vnam limitationem, quę mihi diſplicuit, niſi fortè loco decretoriæ Cenſuræ, decroterias reaſſumeret, quibus in prima ſua pædagogia, diſcipulorum ſuorum caligas decrotabat. Admiſit iſtud quod ſcribis tantum operari fictionem incaſu ficto, quantum veritas in caſu vero: quoniam per iſtud iuris axioma ſemper remanebit, fictionem eſſe quæ vi regulæ inducit veritatem: ideoque nihil ſe contra eandem veritatem ſcripſiſſe aut reſpondiſſe. Bene eſſe dixit quod agnoſcas, nullã eſſe in beneficiis inter genera vacationũ ſucceſſionẽ, & quod ea quæ de ſucceſſione ſcripſeras, nẽpè vacationi per fraudulẽtam reſignationẽ genus vacationis per obitum ſuccedere; ea inquam ita interpretatus fueris, vt non per ſucceſſionem, ſed quaſi per conſequutionem accidat, ita vt, reſignatione rejecta in eius locum vacationem per obitũ introducas. Neque enim inuidet iſtam interpretationem, quam tamen dicit non eſſe ſatis fortem ad faciendum, vt ſuas aures pro tuis aſininis, aut ſecundum tui cognominis ſignificationem bouinis auribus ſucceſſione Beotiana conſtituas,

pag. 30.

pag. 31.

pag. 33. Cũ ſcripſiſſent, inquit, in mea animaduerſione *permutationem, ſi fraudulenta probetur, ex fraude nullitatem illius induci, & ex nullitate eam ita eſſe accipiendam, quemadmodum ſi numquam facta fuiſſet*, Cauſſam quærit tuus conſobrinus cur non idem faciam in ſimplici reſignatione, Et ego reſpondeo me tam in mea Quæſtione quam in Animaduerſione cauſſam expreſſiſſe: nempè quod reſignatio ſimplex in nullius fraudem facta dici, ideoque nulla fraudis accuſatione conuelli debet: & quòd è contra permutatio fieri poteſt in fraudẽ expectantis, imo & ipſorum ordinariorum collatorum: ideoque non aliter permiſſa, quàm ſi ſine fraude fiat: ſic enim Bonifacius octauus, qui regulam de infirmis condidit, *licet*, inquit, *in tua diœceſi aliqui auctoritate Apoſtolica Beneficia proximè vacatura expectent, illos tamen qui ſecundum formam iuris ſua beneficia in eadem diœceſi ad tuam collationem ſpectantia permutare volentes liberè ac ſine fraude in manibus tuis ipſa reſignant*, &c. Bene eſſe etiam dixit, quod fatearis contra id quod ſcripſeras in tua reſponſione, reſignationes in Curia Romana non reſolui, id eſt ſi bene intelligit, regulam in illis nullum effectum ha-

Differẽtia inter permutationem, & reſignationẽ ſimplicẽ in caſu Regulæ.

cap. vni. De Rer. Perm. in ſexto.

De clauſula derogatoria Regula De Infir.

beire, propter clauſulas derogatorias, quas in illis inſerunt eiuſdem curiæ officiarii: ſed quod dicis falſum eſſe quod ſcripſerat reſignationes nullo modo reſolui poſſe, niſi derogationis concedendæ poteſtas penitus abregetur: ille contrà veriſſimum: & illud quod adiecisti, nempè ſatis eſſe ſi derogationis clauſula litteris non apponatur, falſum eſſe probat: quoniam cum per diſpoſitionem iuris omnia videantur conceſſa, niſi ſint prohibita: facilis eſt non ſolùm coniectio, imò, certa probatio quod nunquam deſinent iidem officiarii curiæ Romanæ illam clauſulam derogatoriam in ſignaturis inſerere, quemadmodum paſſim & quaſi vt aiunt de communi ſtylo inſerunt, niſi expreſſa conſtitutione prohibita ſit derogatio: nam quod dicis derogandi poteſtatẽ niſi cum Põtificatu abrogari nõ poſſe, falſum dicit duobus exemplis apparere, vno quo ſummi Pontifices illam clauſulam, ſcilicet derogatoriam in perpetuũ reſpectu dominorum Cardinalium abrogarunt: Et altero quod regulæ de Publicandis non poſſunt derogare. Confeſſus eſt, ſe non intellexiſſe clauſulam tuæ defenſionis, quam in ſua Animaduerſione *pag. 34.*

de verbo ad verbum inſeru it, & quoniam nihil ad eam explicandam ſcripſiſti in iſta tua cenſura, requirit tui Archidiaconatus oculum, quo illius ſenſum poſſit concipere, et vter veſtrum ſuperfluis repetitionibus vtatur lector iudicaturus eſt. Queritur, quod vnam clauſulam ſuæ Animad-
pag.35. uerſionis imperfectam propoſuiſti: cùm enim ita ſcripta ſit: *Suſtineo, Beoti, Nominatis curiæ & Academiæ graduatis, quibus per obitum vacãtia debẽtur, ea quæ vacãt per reſignationem & per fictam vacationem ex regula introductam non deberi, niſi illa ex collatorum ordinariorum priuilegio conſequantur. &c.* extrema iſta verba *niſi illa, &c.* malitioſè ſuppreſſiſti, vt alium Atlantem quæreres. Cùm non ſatis perciperet, quid
pag. 36. velles in alia tuæ defenſionis clauſula, ideóque ſcripſiſſet ſe ſuſpicari id tuæ intentionis fuiſſe, omnes reſignationes fraudulentas nullas eſſe, in quo peccauit? in quod lutum te injicere voluit? At denuò conqueritur de illius clauſulę confuſione, qua dicis te nondum diſputare vtrùm Nominati regulæ beneficio vti debeant, verum quidem omnes fraudulentas reſignationes nullas eſſe, nec tamen ideò ſequi Nominatos & Academicos regulæ

beneficio iuuandos eſſe : Illam factam fuiſſe vt minùs liceat ordinariis, de iis ſcilicet Graduatis fraudandis cogitare : & hoc poſtulare æquitatem. Ad quid quæſo, inquiebat iſthæc confuſio? ſi omnes reſignationes fraudulentas nullas eſſe velit, neque contra illas Nominatos & graduatos egere beneficio regulæ, concedo lubens, dummodò aliundè quã ex Regula fraudum coniecturas perquirat. Si eos vti poſſe eiuſdem regulæ beneficio contra reſignationes admiſſas in curia Romana, iſtud etiam concedo dummodò adjiciat, vſum iſtum ad eos ex priuilegio, ſeu potiùs ex iure ordinariorum collatorum peruenire. Et ſi denuò eoſdem vti poſſe regulæ priuilegio contra reſignationes puras & ſimplices in manibus ordinariorum factas, & eamdem regulam factam fuiſſe contra ordinarios, ne liceret illis graduatos fraudare, id verò pernego : eamque fauore dumtaxat ordinariorum factam, ne ſuis legitimis fraudarentur collationibus, ex his quæ tam in mea Quæſtione quam in Animaduerſione ſcripta ſunt tuus conſobrinus debet confiteri. Hæc ſunt præcipua noſtræ diſputationis capita, quæ tractare, ſi intellexiſſet, non autẽ *pag.37.*

eludere debebat. Admittit quod ſcribis propoſitionum contradicentium hanc eſſe conditionem vt nec ſimul veræ, nec ſimul falſæ eſſe poſſint: ſed negat ſe duas contrarias propoſitiones ſcripſiſſe. Vnam ſolam vt dixit reperies, cum exceptione quam tuis verbis libuit exprimere, nempè Beneficia reſignata pure & ſimpliciter, ſine cauſſa permutationis in manibus ordinariorũ, Nominato vi regulæ nõ deberi: hæc eſt propoſitio: niſi permutatio ſit fraudulẽta: hæc eſt exceptio, quã vt ſuis ſicut dicebat ſophiſticis argumẽtis obrueret, in propoſitionẽ cõuertere voluit: nec ſine pudore & probatione falſitatem appellauit, & cum meæ propoſitioni & exceptioni, quas denuò dilucidè & clarè diſtinxeram, reſpondere non poſſet, ſe de ea diſtinctione verba non feciſſe ſcribit, & alias propoſitiones ingerit *Quæſtio*, inquit,
pag. 38. *de infirmis reſignantibus quo ad præſens inſtitutum duplex eſt: primo an Expectantium fa-*
pag. 39. *uore locum habeat in ordinario: altera ſecluſa regula, an iure communi quod in fraudum ex coniecturis probatione poſitum eſt, Expectantes ſe tutari poſſint: me vtramque confundere & fraudes regulæ permiſcere.* At ille plures eſſe quæſtiones reſpondit, quas ſub illis

duabus

duabus conatur inuoluere. Primam vtrũ Regula de Infirmis fuerit contra ordinarios collatores conſtituta, quam ego aſſero, ille negat. Secundam vtrùm Nominati curiæ & Graduati poſſunt iure ſuo, an verò ex priuilegio ſeu potiùs iure ordinariorum vti regula de infirmis reſignantibus, quam ille aſſerit pro graduatis, et ego nego. Tertiam vtrùm generaliter & ſine vlla exceptione, regula locum habeat contra Ordinarios collatores, de qua difficilè eſt, ex ſua reſponſione, & ex hac cenſura conjicere quid velit, & ego negatiuam ſequor, ſcilicet omnino non habere locum, niſi fortè in reſignatione facta ex cauſſa permutationis quæ ſit fraudulenta. Quartam vtrùm coniecturę, quæ ex regula colligi poſſunt contra puras & ſimplices reſignationes ab Ordinariis admiſſas, ad fraudis probationem ſint recipiendę. Et quintam qua tertiam limitaui, vtrùm in permutatione locum habeat regula, ſi cum illius diſpoſitione aliæ concurrant coniecturæ quibus fraudis probatio inducatur. Hæ ſunt Quæſtiones quæ ad hanc regulam pertinent: nam quantum ad reſignationes quarum fraudes ex coniecturis a iure communi introductis dependent,

Quinque capita Quæſtionis de Regula.

falſum eſt, me eas Regulæ permiſcuiſſe: quoniam illas perpetuo recipiendas conceſſi, ſiue reſignans ſanus aut infirmus ſit eo tempore quo reſignat: ſiue intra, aut poſt viginti dies moriatur. Vide Magiſter Guillelme, ſi quid diſtincte & ſine confuſione de iſtis Quæſtionibus in hac ſua cẽſura tuus conſobrinus tractauerit, & quã-tam poſt ſuam duplicem quæſtionem cõfuſionem ordiatur. Nam vſque ad hunc locum, nihil præter ineptias & friuolas argutias animaduertis. Conqueritur, quod cum de reſignatione et permutatione pariter agatur, illam ab omni fraude ſeiunctam, hanc fraudibus & dolis implexam propoſuiſſem. Et ego reſpondeo, me vtramque, ſub generali propoſitione, ne ſcilicet contra eas ab ordinariis admiſſas regula extendi poſſet, comprehendiſſe, vno duntaxat caſu excepto, ſi contra permutationem cum diſpoſitione regulæ aliæ fraudum coniecturæ coniungantur: et rationem diuerſitatis, cui tuus conſobrinus reſpondere non potuit, explicaui. Agnoſco ea dici poſſe a quolibet, quæ his verbis ſcripſiſti: *quemadmodum enim hic ſcribit Buthillerius, in permutatione fraudulenta regulæ locum eſſe, in reſignatione ſine con-*

ditione, in qua omnes cauſſæ, quarum contemplatione regula facta eſt, regulæ locum non eſſe: ſed contra dici poteſt in reſignatione fraudulēta regulæ locum eſſe & in permutatione in qua nullæ ſunt fraudum coniecturæ regulæ locum non eſſe. Agnoſcit inquam, ea dici poſſe a quolibet, ſed inter nos agitur ait quid verum ſit, non quid dici poſſit: ſcripſeram in mea Animaduerſione regulam de Infirmis reſignantibus non habere locum in reſignationibus quas pure, ſimpliciter, & ſine vlla, conditione ordinarij collatores admiſerunt, quoniam in illis omnes cauſſæ quarum contemplatione facta fuit regula; & omnes fraudum coniecturæ, quæ ad cādem regulam pertinent omnino ceſſant. Si idem vel contra de permutatione dici poſſit inquirēdum eſt. Docui generaliter nullam cauſſam fuiſſe, qua regula contra ordinarios conſtitueretur, & ſi qua fuiſſet eam non in reſignatione pura & ſimplici, ſed in ea quæ ſit cauſſa permutationis reperiri: quod tuus conſobrinus, ſine reſponſione dereliquit. Agnoſco etiam Quæſtionem de regula decidi, ex puris regulæ terminis, nec fraudis probationem exigere, eamque eſſe rationem, qua diſputaui, regulam contra or-

pag. 46.
pag. 40.

dinarios collatores numquam fuiſſe cõditam, ideoque contra eos non eſſe extẽdendam quod etiam ſine reſponſione prætermiſit. Et denique agnoſco verum eſſe, quòd ſcribit, fraude probata illa ſcilicet quæ aliundè quàm a regula petita eſt Regulæ vſum inutilem eſſe, et auxilium illius non eſſe amplus perquirendum. Sed quid inde aliud poteſt tuus conſobrinus colligere: quam ea quæ tam ſæpè conceſſi, ſeparatas omnino eſſe debere de regula et de fraudibus tractationes? Appoſitè dixit quòd dicere regulam habere locum in permutatione ſi fraus probata fuerit, eſt dicere regulam in permutatione locum habere & non habere: ſed nulla inde oriri poteſt in eodem ſubiecto contrarietas, quoniam ſi in permutatione nulla fraudis ſuſpitio appareat, ex interpretum ſententia remanet etiam iſto permutationis reſpectu generalis mea propoſitio, regulam ſcilicet in ordinario locum non habere. Et ſi cum regulæ diſpoſitione extent fraudum coniecturæ, quibus fraudulenta permutatio probetur, remanebit etiam firma exceptio ex qua aliam propoſitionem collegi, in fraudulenta permutatione eamdem regulam ſibi lo-

pag. 41. De Permutatione.

cum vindicare. Et quoniam in verbo regulæ tuum conſobrinum vim facere exiſtimo, quaſi contraria ſint, regulam locum habere & non habere in eadem re, ſcilicet in permutatione: debuit ille conſiderare ea quæ diximus de diuerſis permutationibus intelligi debere vt ſi in vna permutatione ſola regula, ſine vllis fraudum coniecturis reperiatur, nullũ locũ habeat: ſin autem in alia cum diſpoſitione regulæ cõcurrant fraudum coniecturæ, ſuum effectum conſequatur. Et ſanè in ea permutationis exceptione ſequutus ſum præcipue Molinæum qui paſſim eiſdem verbis vtitur, in ea regulam habere locum ſi fraus appereat, ideòque nullam eſſe: licet re vera nullitas iſta dependeat non ſolùm à regula, ſed a fraudum coniecturis per ius cõmunè introductis, quarum præcipuam ab eadem regula deſumunt interpretes, adeo vt ſiue propoſitionem ſiue ex ea exceptionem a me ſcriptam conſideremus, nulla cõtrarietas ineſſe videatur. Sed quoniã in iſta imaginatia contrarietate conteſtatur tuus conſobrinus, accipe Magiſter Guillelme cauillationem ſeu potius falſitatem ab eo commiſſam, in ea quam ex mea Animaduerſione in ſuam cenſu-

Cauillatio et falſitas a Beoio commiſſa

ram inſeruit clauſula. Sic enim eam ſcripſeram. *Hoc intellectu ſcripſi Regulam De Infirmis Reſignantibus non habere locum in reſignationibus, quas pure, ſimpliciter et ſine vlla conditione ordinarii collatores admiſerunt: quoniam in illis omnes cauſſæ quarum contẽplatione facta fuit repulſa, & omnes fraudum coniecturæ, quæ ad eamdem regulam ſpectant* omnino *ceſſant.* At ille mutauit particulam *quoniam*, et illius loco inſeruit, particulã ſi: vt ea mutatione falſò confecta argumentationem quam inſeruit in eadẽ cenſura licet verbis obſcuris conficeret: nempè cum agnouerim regulam non habere locum, ſi in reſignationibus omnes cauſſæ ceſſent, viciſſim me illi debere concedere, vt locum habeat ſi cauſſæ non ceſſent. Quod falſiſſimum apperet ex eadẽ clauſula, in qua ego poſitiuè tradidi, nullam ex cauſſis ſuper quibus Regula fundata fuit cadere poſſe in reſignationes puras & ſimplices. Et verementer mi Couſine tu habes tortum, quoniam in relatanda illa clauſula bis erraſti: & tu ſcis meliùs quàm ego, quod ea quæ ab aliis dicta aut ſcripta prætendimus, ſecundùm veritatem relatari debent. Hac falſitate detecta dixit Buthillerius tuam concluſionem

quam ex ſe ipſo te accœpiſſe clamabas cecidiſſe in nientum, quemadmodum & cęterę quæ de reſignationibus per moribundos factis : de Ordinariorum in expectantes, præſertim in Academicos animo: de fraude, quam re ipſa contrahi dicis, et de argumento L. filiæ meæ, cui cõiunxiſti l. omnes D. de his quæ in fraud. creditor. quæ omnia ad puram & ſimplicem reſignationem nullo modò pertinere poſſũt quemadmodum ſe docuiſſe ſcribit, in ſua Animaduerſione. Cum ſcripſiſſet inquit tuus conſobrinus, veriſimile eſſe Patres qui Pragmaticam condiderunt, non fuiſſe obmiſſuros regulam, ſi vt à reſignationibus, ſic à regula excludendos Academicos cenſuiſſent. Ego contra ſcripſi ſecundum quod diuinare poteram, et maximè ex eo quod excluſionem à regula cum excluſione à reſignationibus puris & ſimplicibus coniungebat. Sed cum id quod ſcripſi non contendiſſe dicat, & intellexiſſe duntaxat Patres illos non cenſuiſſe Graduatos excludendos a regula, Credo equidem eoſdem patres nihil de regula cogitaſſe : & id dumtaxat voluiſſe, ne vllo modo graduati reſignationes puras & ſimplices in manibus ordinariorum fieri

pag. 42. et 43.

pag. 44. et 45.

impedirent. Quæ de propoſitione contingenti, impoſſibili, & minimè neceſſaria ſcribit, re vera ſophiſtica & indigna reſponſo exiſtimaui. Tres propoſitiones quas ſcripſi in Animaduerſione, licet plures ſint vt iam dixi, claris verbis conceptas eſſe, contra quas ſi quid haberet, debuit ſaltem tuus conſobrinus interponere teſtationem contrariæ voluntatis. Et vementer mi Couſine tu maneas in illis & tibi feciſti magnum præiudicium. Si regulam ſolam, & ſine aliis fraudum coniecturis accipias, accordat quòd dicis, ex ea nullas quærendas eſſe fraudum coniecturas, vt iam tibi retuli, quemadmodum etiam concedit factam & receptam fuiſſe regulám, vt fraudes quæ fiebant in curia Romana tollerentur: & ſine alia fraudum probatione ex vi ſolius regula vacationes per obitum inducerentur: dummodò tu illi etiam concedas; quòd eodem tempore, quo facta fuit regula, fraudes illæ nullo modò apud ordinarios collatores exercebantur: imò non poterant exerceri, ideóque contra eos non fuiſſe conſtitutá. Redis poſtea ad idem argumentum, quo aſſeruiſti ſi Regula in permutatione locũ habeat, æquiſſimum eſſe vt etiam in ſim-

pag. 46.

pag. 47.

Fraudes nullas propoſitas cõtra ordinarios eo tẽpore quo facta fuit Regula.

pag. 48.

plici reſignatione obſeruetur cui dixit ſe tam ſæpè reſpondiſſe. Dixit deindè cum vltrà legeret, te habere tortum in iſtis verbis, *Falſum eſt, ſummos Pontifices cum Regulam condiderunt De Ordinatiorum fauore cogitaſſe.* Quoniã tu aſſeris quod cũ fecerunt regulam nihil de ordinariis cogitarunt: et nihilominus tu facis probationem de cõtrario † iſtius cenſuræ in verbis, quæ citas ex Gomeſio. *Et quia abſurdum videtur quod infirmi cogitatione mortis inducantur, quaſi ad diſponendum per viam vltimæ volũtatis de beneficiis in fraudem Ordinariorum et expectantium.* Ex quibus verbis dixit apparere: quòd cum ad euitandas fraudes, quibus ordinarii trumpabantur Regula facta fuerit, neceſſario ſequitur, Papam, qui eam compoſuit contra eaſdem fraudes, de fauore Ordinariorum cogitaſse: quod tamen hic aſſeris falſum eſſe. Imò, inquit, ſi conſobrinus tuus maturius voluiſſet conſiderare, inueniſſet regulã in nullorũ aliorũ, quàm ordinariorũ fauorem conditã fuiſſe. Certum eſt enim, primæuo & antiquo iure omnium beneficiorum collationes ad Epiſcopos, & eadem ratione ad alios quibus poſtea iura conferendi conceſſa fuerunt, omni-

pag. 49.
pag. 65.

no pertimuiſſe, donec paulatim ſũmi Põtifices ſuis conſtitutionibus & regulis illud quaſi inutile Epiſcopis aliiſque collatoribus reliquerunt. Cùm enim ſe ordinarios ordinariorum, & ſuper omnes mundi Eccleſias conſtitutos aſſererent, præuentiones in collationibus beneficiorum, eorum fere omnium reſeruationes, gratiarum expectatiuarum conceſſiones, & ne quis præter eos ſub vlla conditione aut conuentione reſignationes admitteret, introduxerunt: & his ita conſtitutis et confirmatis, euenit, vt Ordinarij collatores omni fere auctoritate, & præcipuè omni conferendorum beneficiorum iure, & poteſtate priuarentur: quoniam beneficiati qui conſeruandorũ ſuorum beneficiorum curam habebant, inconſultis ordinariis, imò neglectis illis quotieſcumque libuerat, apud eoſdem ſummos Pontifices conditionaliter in fauorem conſanguineorum & propinquorum aut aliorum reſignabant: maximè vero eo tempore, quo in infirmitate conſtituti, aut ſenio confecti, ſibi in ſuis beneficiis ſucceſſores, & quaſi hæredes ſignaturis, quas ſummi Pontifices paſſim & ſine vllo delectu omnibus concedebãt,

Succeſſiones beneficiorum in curia introductæ in fraudem ordinariorum.

quemadmodum adhuc concedere conſueuerunt, quaſi legitimis teſtamentis inſtituere conabantur, & re vera inſtituebant, eaque ratione efficiebant, ne beneficia quæ poſſidebant, ſucceſſoribus & hæredibus in illis conſtitutis per illorum obitum vacare poſſet. Tandem, vt impedimentũ iſtud ex reſignationibus conditionalibus, & in fauorem progenitum, aliquatenus tolleret, & priſtinam conferendi libertatem ordinariis reſtitueret, Bonifacius octauus regulam de Infimis condidit, quæ reſignationes huiuſmodi ab infirmis beneficiatis factas, & ſignaturas prouiſionum, ex illis conceſſas, ſi reſignantes intra vinginti dies decederent, irritas eſſe voluit, vt ſcilicet per illorum obitum, non per reſignationem beneficia vacare cenſerentur. Qua fronte igitur, couſinus tuus auſus eſt, regulam in fauorem ordinariorum non fuiſſe conſtitutã tanta cum impudentia denegare? Imò verò ſi illius effectum, quemadmodum neceſſe eſt, conſiderare voluiſſet eo tempore quo condita fuit, circa annum ſcilicet milleſimum ducenteſimum nonageſimum octauum, antequam de graduatorum, aut curiæ Nominatorum priuilegiis

agi poſſet, reperiiſſet neceſſario dicendũ eſſe, illam propter ſolos ordinarios conditam & confirmatam fuiſſe: vt ſcilicet reiectis huiuſmodi hæreditariis & Teſtamẽtariis reſignationibus, quas ſolis ſummis Pontificibus admittere fas erat, reiectis inquam illis ſi reſignantes intra viginti dies morerentur, beneficia tamquam per obitũ vacantia liberè ab ordinariis cõferri poſſent. Quis enim alius inquiebat præter eos conferre potuiſſet? ſi Papam ipsũ dicamus, qui ſibi ius præuentionis vendicabat, id quidem credendum eſt, ſi præueniſſet. Sin minùs, certum eſt omnem effectum iſtius regulæ ad ſolos ordinarios rediiſſe: quoniam nullus extabat, ne quidem mente concipi poterat, qui ſibi eorumdem beneficiorum conferendorum poteſtatem tribuere potuiſſet. Et quoniã obtrudit expectantes, mandatarios ſcilicet quorum eo tempore magnus erat numerus, quaſi effectum regulæ ex vacatione per obitum percepturos, dic illi quod eum rogo humaniter vt ediſcat nihil mãdatariis opus fuiſſe regula: quoniam beneficia per puram & ſimplicem reſignationem in manibus ordinariorum vacantia, quemadmodum ſi ante reſigna-

Mãdatariis opus non fuiſſe Regula.

tionē per obitum vacaſſet illis debebantur, ideoque effectum regulæ nullo modò ad eos pertinuiſſe. *Falſū eſt*, inquit, *tuus conſobrinus; plures dicere permutationes apud ordinarios neceſſarias eſſe, nec ab illis rejici poſſe Nemo Iuriſconſultus hoc dixit, ſed eſt legulciorum error vulgaris &c.* Quid magiſter Guillelme faciam tuo Cōſobrino, qui res tam certas & claras falſas eſſe dicit? videat hęc verba Molinæi in regula de Infirmis. *Quoniam quando reſignatur cauſſa permutationis; collatio neceſſaria eſt*, & denuò iſta quæ ſequuntur: *etiam ſi in caſu ſubiecto maxima & iuſtiſſima ſubſit cauſa cogendi patroni permutationi neceſſariæ*, &c. videat & iſtā, quæ ſequūtur apud Rebuffum. *Ergo ſic diſtingue rem: quod capitulum non poteſt recipere reſignationem liberam & ſimplicem, ſed reſignationem quæ ſit ex cauſſa permutationis recipere poterit quia eſt neceſſaria.* Poſſem multos citare auctores, qui permutationem neceſſariam appellarunt: duo iſti ſufficient. Eoſne conſobrinus tuus inter leguleios nominabit? et ne quis de ea neceſſitate dubitare poſſit, tradūt iidem et cæteri Interpretes ſi ordinarius admittere reſignationes cauſſa permutationis recu-

Falſa denegatio Behotij de neceſſaria permutatione.

Num. 30. et 46.

In praxi Benefic. Tit. De Deuolutionibus num. 94.

ſauerit licere compermutantibus, aut eorum alteri recurrere ad ſuperiorem, qui poterit eo caſu reſignationem admittere: ita tamen vt nulli quam compermutanti cõferre poſſit, nempè quòd neceſſe ſit vt eas admittant ordinarij, aut a ſuperioribus admitti patiantur, & quòd etiam neceſſe ſit compermutant, nec alteri conferre. Fallitur etiam tuus conſobrinus in eò quòd ſcripſit falſum eſſe abuſum in permutatione apud ordinarium, ſine ipſius conſenſu fieri poſſe, quoniam in exemplo quod propoſui, ſi Ticius qui beneficiorũ per ſucceſſionem & hæreditatem aucupabatur, diſſimulata intentione, inæqualitate beneficiorum, & permutantis infirmitate, ab ordinario, qui permutationem æqualem, nõ fraudulentam & Eccleſiæ vtilem exiſtimabat collationem obtinuiſſet: & poſt illius conceſſionem reſignante intra viginti dies mortuo, cæteræ fraudum coniecturæ appareant, meritò ordinarius ſe deceptum fuiſſe a Titio queri poterat: & Titium eodem caſu abuſum commiſiſſe dicendum erat: ſin vero ordinario recuſante Titius a ſuperiore reſignationem ex eadem cauſſa permutationis admitti, & beneficium ſibi conferri obtinuiſſet, ma-

Error eiuſdem de abuſu qui apud ordinarium. ſine illius conſenſu committi poteſt.

ior multo abuſus, quo Titius ſi collatio ei per ſuperiorem facta remaneret, eiuſdem beneficij quod aucupabatur hæreditatem fuiſſet conſequutus. Ad illud, quòd falſum eſſe dicit, faci ius ordinarium in permutatione, quàm in ſimplici reſignatione decipi poſſe: reſpondeo, nihil de facilitate decipiendi in permutatione aut reſignatione pura & ſimplici me tractaſſe: et nihilominus dici nullo modo poſſe, imò a ſenſu communi omnino abhorrere, vt is in cuius voluntate beneficiorum conferendorum poteſtas relinquitur, vllo modò in illorum reſignatione deceptus cenſeatur: niſi dicamus eum quoque poſſe decipi, cui eadem libertas per obitum beneficiatorum relicta eſt, quo nihil dici poteſt ineptius, in vtroque enim caſu tam reſignatiouis ſimplicis, quàm vacationis per obitũ, licet Ordinario collatori, cuiqũque voluerit, conferre. Sed adjecit falſo, ignoranter et intempeſtiue, *Expectantes proclinius eſſe apud Ordinarium ex ſimplici reſignatione, quam ex permutatione decipere.* Tum quoniam beneficia per reſignationem vacantia illis debentur: Tum quia hoc loco de decipiendis ex- *pag. 50.*

pectantibus agitur, ſed vtrùm facilius in ſimplici reſignatione, quam in permutatione ordinarius poſſit decipi. De cõiecturis fraudũ cũ regula cõcurrentibus reſpõdeo me, nullam aliã probationẽ requirere quã ex illo ipſo, qui in multis defenſionis ſuæ locis ſcripſit ex coniecturarum concurſu, locum eſſe regulæ: & nihilominus ſi fraudum coniecturas velit a regula omnino ſeparare, quemadmodum in quibuſdam locis etiam illum voluiſſe exiſtimo, id me non impedire, neque vmquam impediuiſſe, imo ſuſtinuiſſe & probaſſe regulam contra ordinarios locum non habere: & ſi fraudulentas eſſe dicat, non impedire etiam, quominus fraudem ex legitimis coniecturis ſi quæ ſint, probare poſſit: dũmodo cum eis regulam non coniungat, quam nullo modo exiſtimo contra reſignationes puras & ſimplices ab ordinariis admiſſas extendi poſſe: ideoque veriſſimũ eſſe, quod ſine ratione falſiſſimum dicit: & denique libenter concedo, vt eaſdem fraudum coniecturas aliundè quam ex regula prouenientes, contra omnes reſignationes ab ordinariis admiſſas proponere & probare poſſit, quæ antequam regula condita fuiſſet, contra eaſdem proponere

De ſeparandis a regula fraudum coniecturis.

ponere & probare potuiſſet. Accepto ſanè, licet iure negare poſſim, ea quæ obſcure videtur ſcripſiſſe: nempè extra menſes quos appellat affectos, regulæ contra ordinarios locum non eſſe, adeo vt ſola cōſideratione menſium affectorum eam locum habere velit: quoniam cum, illo conſentienſe, ita ſit conſtitum, ſequitur neceſſario nullum locum habuiſſe contra ordinarios eo tempore quo condita fuit, cum nulli eſſent menſes affecti, quorum conſideratione locum habere debuiſſet: adeo vt plena & libera poteſtas reſignationes puras & ſimplices admittendi, qualis erat ante regulam, illis fuerit derelicta, quam nulla lege aut conſtitutione illis ademptam fuiſſe probare poſſet. Et quod de expectātibus repetit, reſpondeo nullum fas & nefas vertere, nullam vim ſanctiſſimis legibus inferre, nullam viam fraudibus recludere, nec formam, nec modum tollere, nec Academicis illudere Collatores, qui iure illis ab initio quaſi naſcentis Eccleſiæ quæſito, & libertate, quæ etiam per illum ipſum tuum conſobrinum eo tempore quo fuit condita regula illis relicta neque vmquam adempta fuit, vti voluerūt. Et è contra aſſero graduatorū inſo- *Contra Graduatorum ingratitudinem.*

lentem ingratitudinem in ſuos benefa-ctores, coercendam eſſe, qui non contenti eo quod Prælati beneficiati in Pragmatica et concordatis poſt concilium Baſiliẽſe ad beneficia per obitum vacantia conſequenda priuilegio ea conditione conceſſerunt, ne eaſdem reſignationes impedire poſſent : eos ſuos benefactores ſuo illo Iure ſuaque libertate ſpoliare moliantur. Reſpondeo etiam me de cauſſa mei filij nihil metuere, & longè antequam de ea cogitare poſſem Quęſtionem quam quaſi inuitus ad repellendam calumniam contra me propoſitam, edidi, conſcripſſe. Quantum ad ea quæ ſcribis mi conſobrine de coniecturis a Rebuffo traditis, reſpondit te brauum & dignum eſſe, qui tantùm laborem accipias in illis examinandis &

pag. 51.

De coniecturis per Rebuffum traditis.

Ex ſexta Macaro eiuſdem Caucaij.

Quod labor eſt animo non importunus alegro.

Dixerat in ſua Animaduerſione, nullum in gloſa Rebuffi verbum eſſe de ſimplici reſignatione : tu qui tantùm brauas, vt ille dicit, nullum potuiſti adnotare. At, inquis, maxima pars gloſæ ad ſimplicem pertinet, & ille reſpondit ſe ſcripſiſſe iſtis coniecturis in ſimplici & pura reſigna-

pag. 52.

tione eos vti poſſe, qui potius diſputandi quam veritatis cauſſa contendunt: & tamen eamdem gloſam a ſola permutatione vt tu ipſe fateris incœpiſſe, et ſine vlla diſtinctione cæteras quaſi a primis depẽderent Rebuffum propoſuiſſe, vt de eadem permutatione intelligerentur. Nam quòd ſcribis de decima coniectura, quid iſta verba in ea ſcripta, tenue beneficium, optimum beneficium, &c. denotant, ſi ad permutationem non ſint referenda? Anne quòd pura & ſimplex reſignatio vnius beneficij tamquam tenuis & optimi coniecturam poſſit recipere? ô vaillantem inquiebat interpretem! Idem dixit de vndecima, in qua fit mentio de tenui: de duodecima, in qua loquitur de procuratore conſtituto ad reſignandum cauſſa permutationis: Et quòd ad vltimam, agnoſcit illam de alia quam pura & ſimplici reſignatione intelligi non poſſe: ſed de ea nullũ caſum fecit, neque inter alias numerauit: quoniam de his ſcribebat quæ ad regulam pertinent, & quòd iſta vltima ad illam nullo modo poteſt pertinere. Si in ſua Quæſtione aut Animaduerſione ſcripſiſſet, Rebuffi opinionem eſse, vt regula etiam reſpectu graduatorum & nominatorum cõ-

pag. 53. 54. & 55.

tra ordinarios collatores locum non haberet, tu certè aliquam in tua colera excuſationem haberes, & iſto caſu dixit ſe beſſaturum caput, coram tuo magno magiſterio: ſed cum illius ſententiam, vt tu ipſe agnoſcis, ex veris recitauerit, quid ſubeſt quòd contra eum in tantam colerã te inieceris? Maiorem ſe dixit deprehendiſſe in iſtis verbis tuæ cenſuræ, *dico tibi quod de doctrinà interpretum mentiris, &c.* & timet valdè ne illa tibi febrim apportent: quoniam tanto iracundiæ calore ea ſcripſiſti, vt honorem quem debebas Lectori in bouto plumæ tuæ reliqueris: debebas enim illius ſaluare reſpectum, ſicut conſuetum eſt: & ſi eum accuſes, quòd cõtra te eiſdem verbis vſus fuerit, ille ne tibi diſpliceant ſupplicat, & mihi iurando dixit, quòd licet illi ex falſa & calumnioſa præuaricationis accuſatione magnum ſubiectum dederis, vt te dementiret: tamen non feciſſet, niſi quòd extrema verba verſus quæ mihi dixit ſubito illi in buccam venerunt, & quòd ſi ea tamquam ſales, quemadmodum tu, in ſuis ſcriptis aſpergeret, id tibi non fore inuidioſum exiſtimauit, quoniam etiam dicta fuerunt per Cingarem brauum hominem, qui

pag. 56.

Baldum Principem ſuum deffendebat. Sed quæſo, inquit, magiſter Guillelme, videamus tu & ego ſi mentitus fuerim: ſcripſi in mea Quæſtione, interpretes & gloſatores in reſignatione pura & ſimplici, quæ fit in manibus ordinarij collatoris, & collatione deſuper ſubſequuta, regulam nullam locum habere ſatis ſuperque teſtatos fuiſſe, eo ipſo quòd in his, quæ permutationis cauſſa fiunt, in eorumdem ordinariorum manibus, antequam locum habere poſſit, fraudum coniecturas & præſumptiones requirendas tradiderunt. Hæc eſt ipſiſſimis verbis in mea Quæſtione ſcripta argumentatio, cuius in ſubſequenti clauſula rationem reddidi: quòd ſcilicet ſi ſine exceptione & paſſim deberet locum habere regula, & eo ipſo quòd reſignantes intra viginti dies mortui eſſent in menſibus graduatorum, vacare per obitum eorum beneficia cenſerentur, neceſſarium non eſſet fraudum coniecturas & præſumptiones perquirere. Iſtæ argumentationi cum tuus conſobrinus non reſpondiſſet, ego in mea Animaduerſione ab eo quæſiui, quid reſponderet ad ea quæ dixeram, ſi ex eorumdem interpretum ſententia admittamus, regu-

Vtrum Buthillerius mẽtitus fuerit.

lam habere locum in permutatione fraudulenta duntaxat, conſequens eſſe, vt ſi fraus, abſit, nullus eidem regulæ locus ſuperſit. Id cum dixerim conditionaliter, & relatione facta ad eam, quæ in mea quæſtione ſcripta eſt, argumētationem, quid cauſſæ eſt qua poſitiue aſſeruerim Interpretes dixiſſe regulam habere locum in permutatione duntaxat? Legit ille in mea Quæſtione paulo poſt meam argumentationem pag. 16. clauſulam quæ ſequitur; *ſcio Molinæum in eadem regula numero 110, & aliquot ſequentibus, quaſi ſui ipſius oblitum contrariam ſententiam ſequutum, vt ſimplex reſignatio ab infirmo facta & ab ordinario admiſſa in menſe graduatis affecto, & collatio ab eo conceſſa, ſi poſtea reſignans intra tempus regulæ decedat, tribus fraudumq; coniecturis oppugnari poſſe, illiſque concurrentibus & probatis beneficium vacare per obitum ex vi regulæ & graduato deberi aſſeruiſſe.* Hæc cum a me verbis adeo expreſſis ſcripta fuerint, Molinæum ſcilicet quem maximum omnium interpretum ſemper exiſtimaui, id voluiſſe, vt iſtis fraudum coniecturis concurrentibus, beneficium vacare per obitum cenſeatur, ideſt regulam vacationem iſtam per obitum introduce-

re, & in effectu locum habere, etiam in ſimplici reſignatione: qua fronte conſobrinus tuus ſcribere auſus eſt, me interpretibus impoſuiſſe, quaſi regulam habere locum in permutatione fraudulenta duntaxat tradidiſſent? quòd vt iam dixi numquam cogitaui. Nunquid iſtud eſt manifeſtè calumniari: Numquid eſt mendacij accuſationem quam mihi improperauit in ſe ipſum conjicere? Et ne ſubtilis ille grãmaticus, ex verborum diſpoſitione, ſuam mendacij iniuriam, quam vulgus dementitum vocat, tueatur, ſi quæ ſcripta ſunt in mea Quæſtione & Animaduerſione coniungere, & quid ex his concluderem voluiſſet exprimere: aut etiam per grammaticam in qua maiorem ſuam ætatis partem tranſegit, conſtruere, reperiſſet me, cum refutarem oppoſitionem, qua ille quemadmodum nonnulli alij aſſerebant regulã ſine exceptione & paſſim in ordinario collatore obſeruandam eſſe, me inquam id ſolùm ex Interpretum ſententia ſcripſiſſe; eos regulam non habere locum in permutatione, niſi de fraudum coniecturis appareret, tradidiſſe, & iſta eorum doctrina exiſtente, clauſulam quę ſequitur adjeci, *ſi admittamus regulam habere locum in*

permutatione duntaxat, vt verba, ſi admittamus cum iſta dictione taxatiua duntaxat coniungantur quemadmodum ſi clauſulam ita ſcripſiſſem. Quid reſpondes ad ea quæ dixi ex eorumdem interpretum doctrina, ſi admittamus duntaxat, id eſt ſi illud ſolum agnoſcamus, regulam habere locum in permutatione fraudulenta, quæ ſcilicet ex interpretum ſententia coniecturas fraudem recipit, conſequens eſſe vt ſi fraude careat, & ſi nulla coniectura fraudis exiſtat, nullus contra eamdem permutationem Regulę locus relinquatur? Hic eſt verus & ſine fuco eorum quæ ſcripſi in mea Animaduerſione ſẽſus, Quem conſobrinus tuus ſupercilio illo ſuo grammatico falciſſime detorſit, vt occaſionem improperandi contra me mendacij nanciſceretur. Et ne quid in iſta ſuæ Cenſuræ parte dubij remaneat, dixeram in mea Animaduerſione id interpretes voluiſſe, vt locus ſit vacationi per obitum, id eſt regulæ de infirmis, ſi quemadmodum iidem voluerunt, extent fraudum coniecturæ. Relinquamus exemplum permutationis, & de reſignatione pura & ſimplici agamus, in ea etiam voluerunt nonnulli interpretes & maximè Molinæus, ſibi vt

annotaui quaſi contrarius, vt ſi fraudum coniecturæ appareant; vacationi per obitum, id eſt regulæ locus ſuperſit: ſi verum iſtud eſt ex eorum doctrina, quis eam cõcluſionem quam in triſigeſima nona pagina meæ Animaduerſionis ſcripſi, conſequens ſcilicet eſſe vt ſi fraus abſit, nullus eidem regulæ locus relinquatur? quis inquam illam concluſionem poterit improbare? nemo ſane, et nihilominus in tanto veritatis lumine putidi oris ſui virus & dementitum in me iniecit.

Quod dij prius omen in ipſum
Conuertant

His dictis pauſam paruam fecit, & poſtea me interrogauit. Quid dicis magiſter Guillelme? fateor, mi Couſine, quòd cum iſta audiuiſſem, demoraui mutus, & credidi quod minùs legerementer dementitum iſtud contra illum inieceris, & quod melius feciſſes, ſi intra dentes illud retenuiſſes, & ſuæ argumentationi modeſte reſpondiſſes: quoniam ad dicendo verum illud ſuper caput tuum reuertitur. Quod adjicis nullum ſcripſiſſe regulam in permutatione fraudulenta locum habere, dicit te pontillare ſuper iſto vocabulo, fraudulenta, quo vſus eſt, quoniam nonnulli

interpretum aiunt ex fraudum coniecturis cum diſpoſitione aut ratione regulæ coniunctis, beneficium vacare per obitũ, ſeu regulam obſeruandam eſſe, eamque eſſe illorum opinionem multis auctoritatibus confirmauit, quas ego non poſſum tibi relatare: niſi quòd omnes proponunt quemadmodum & tu fere paſſim, vt dicit, in tua reſponſione, vtrum Regula habeat locum in ordinatio, ſiue de permutatione ſiue de reſignatione pura & ſimplici agatur, & ſi fraudum coniecturæ concurrant aut non. De alia propoſitione, quam dicis a ſe ſcriptã his verbis, *vbi regula locũ habet, probatione fraudum opus eſſe.* Reſpondit quòd non poteſt diuinare, vbi eam piſcaſti, quoniam nihil huiuſmodi ab eo ſcriptũ fuiſſe inuenies: imo vero, vt ait, expreſſiſſimis verbis aſſeruit contrariam propoſitionem: vbi regula locum habet nulla probatione fraudis opus eſſe, & ſi fraus abſit, id eſt ſi fraudum probatio ceſſet, nullum locum regulæ ſuperfore: idque non ex ſua, ſed ex interpretum ſententia: quoniã quantum ad ſe, deffendit ſuam opinionẽ, quam ex prima Molinæi opinione ſequutus eſt, generalem & indefinitam: Regulam ſcilicet nullum locum habere con-

tra ordinarios collatores,niſi de fraudibus in permutatione agatur. Ad ea quæ dicis, *quod nulla à moribundis in menſibus obnoxiis reſignatio ſeu ſimplex ſeu reciproca per ordinarium admitti poteſt,quæ re ipſa non ſit in fraudem Cõcordatorum, & Academicorum,quod idem De Nominatis & eorum indultis ſentiẽdum,ſi beneficium ipſis affectum ſit, &c.* Ille ſuſtinet contrarium quod omnis reſignatio etiam in mẽſibus affectis,ſiue ſimplex, ſiue reciproca per ordinarium admiſſa, fraudulenta dici non poteſt,quoniam in illis admittendis ordinarij vtuntur iure ab omni æuo ſibi quæſito, & per Pragmaticã & Concordata expreſſiſſime reſeruato, niſi in reciproca,id eſt ea quę fit cauſſa permutationis,coniecturæ fraudum probentur:de quibus ipſe etiam ordinarius poteſt conqueri ſe fuiſſe deceptũ & circonuẽtum. Dixit ſe neſcire quid appelles ſolem, & quod ſi illius immenſum lumen ad tuã propoſitionẽ referre velis,qua omnes reſignationes ab ordinario admiſſas fraudulentas aſſeris, tenebras iſtius falſæ propoſitionis te cum luce confundere:falſum etiam dicit eſſe, quod ſcripſiſti nociuam eſſe expectantibus regulam, ſi fraudis probandæ neceſſitas illis ſit impoſita,& quod

pag. 57.

Nociuã non eſſe Regulã Graduatis, vt Beotius calũniatur.

viginti dierum curriculo eos circũſcribat, quibus ius commune longiores produxit terminos, & multo magis quod adiecisti, illum liberalitatis ſpecie in patenti æquitatis campo Graduatos in has viginti dierũ anguſtias maligne conieciſſe, quoniam nullos terminos ad fraudum probationẽ regula circunſcribit: Et quantum ad ſe pertinet quòd nullis terminis Expectantes circunſcribendos: imo fraudum probationem quæ aliunde quam ex Regula deppendent, eis quocumque tempore, concedendam ſemper exiſtimauit. Et ſubito exclamauit, dicẽs. Heu magiſter Guillelme, vbinam conſobrinus tuus omnes, iſtas cauillationes & impoſturas, de quibus nihil vmquam cogitaui, potuit inuenire? Paſſauit legendo ea quæ ex dialecticis præceptis ſcripſiſti; & poſt eorum lecturam dixit ſe in ſua Animaduerſione

pag.58. 59. et 60. pag. 39. & 40. hanc clauſulam ſcripſiſſe. *Si enim regula habet locum contra omnes reſignationes ab ordinariis admiſſas, & eadem ratione nullæ ſint, quid opus vlla fraudum probatione, qua nullitatem earum inducamus, &c.* Hac perlecta clauſula adiecit cum hanc illius propoſitionem non ex me, ſed ex eo ipſo tuo conſobrino acceptam recitauerim, et

ex ea concluſiſſem, nulla opus eſſe fraudũ probatione, qua ſi vera ſit, nullitatem earum inducamus. Quid ineptum in iſta cõcluſione? *Non eſt opus*, inquit, *Regulam, in omnibus reſignationibus ab ordinario admiſſis locum habere.* Et ſufficere, ſi habeat in ſola permutatione: id ſanè cõcedo: neque vnquam negaui, ſed quid inde ineptum contra eamdem concluſionem? ſi Regula cõtra omnes reſignationes locum habeat nulla opus eſſe fraudum probatione? Denuo loco illius generalis propoſitionis, qua Regulam habere locum cõtra omnes reſignationes ab ordinario admiſſas, aſſerui, aliam confingit, *ſi Regula*, inquit, *locũ habet; nihil neceſſe eſt fraudem probare:* eam reducit ad Dialecticorum præceptiones: aſſumptionem quam ſomniauit, mihi tribuit: nempè Regulam habere locum in permutatione: et inde concludit in eadem permutatione non eſſe neceſſe fraudem probare. Quam ineptè, imo vero malitioſè, accipe quæſo Magiſter Guillelme: Tũ quòd falcificat ſuam ipſam generalem propoſitionem, et ab ea rejicit generalia verba, quibus Regulam contra omnes reſignationes ab ordinario admiſſas aſſeruit. Tum etiam quòd falſam eſſe aſſum-

ptionem liquet ex his quæ probaui, ſecundùm Interpretum ſententiã Regulam cõtra permutationem ab ordinario admiſſam locum non habere, niſi adſint probatæ fraudũ cõiecturæ. Vide quæſo. Quid reſpondeat: illius partes erant eam aut verã agnoſcere, aut falſi conuincere: Neutrũ fecit. Fallitur in eo quòd me accuſat, ea quæ hypothetice & ſub conditione ſcripſerat me tanquãa ſe abſolutè dicta refutaſſe. En cupio Magiſter Guillelme, vt audias verba deffenſionis tui conſobrini, quibus ego reſpondi. Et aperuit ſtatim librũ ſuæ Animaduerſionis, quẽ apportare cõmẽdauerat, in quo pagina 39. legit clauſulam tuæ defenſionis ita concœptã, *hic ecce contra ſe arguit, ſi regula locum habet, neceſſe eſt coniecturas fraudum probare, & ſi fraudum probatio neceſſaria eſt, regula certè aut nulla aut inutilis eſt*, &c. & ſtatim eamdem clauſulam mihi monſtrauit in tua defenſione pag. 10. Paſſauit vltra & mihi etiam monſtrauit, poſt eandem Animaduerſionis clauſulam quæ ſcripſerat his verbis. *Duæ ſunt iſtæ propoſitiones corditionales, &c.* & continuauit legendo ea quibus eaſdem refutauit in eadem pagina & ſequentibus. Iſta omnia vidi, mi couſine, quibus certè credo

trumpaſſe in iſto articulo & habere tortum : ſed ne magis ſim longus, dixit quod ſe contentat de eo, quod ad finem confiteris, etiam poſt ſuam propoſitionem, qua aſſerit regulam non habere locum contra ordinarios, præterquam in permutatione fraudulenta, quòd regula eſt vtilis graduatis. Et quod dicis illũ ſiluiſſe quòd ſcripſeras de vtilitate regulæ, & in ea eſſe præſentiſſimum remedium, fraudes fraudumque coniecturas contra litium odioſas concercationes: dixit quod falleris, quoniam id numquam denegauit ſi; de fraudibus, quæ pro ſucceſſione beneficiorum in Romana curia exercebantur, quæſtio eſſet. Sed quod Regula contra ordinarios nullum locum habeat præterquam in permutatione fraudum coniecturis cõcurrentibus. Et quod ſi de aliis fraudibus, quam his quæ à Regula proueniunt, et quas ordinariis collatoribus imputas, agatur, perpetuam illorum perquiſitionem omnibus, quorum inter eſt ſe conceſſiſſe: ideoque nulla alia reſponſione opus eſſe. *pag. 62.*
Ad prouerbium Bis pueri ſenes, dixit illud eſſe ad propoſitum, quemadmodum Magnificat ad matinas. Dixit etiam te redire ad toties repetitam cauillationem

contra quam per plures vices reſpondit: quod accordat, vtrum velis vt regula ſola per ſe, & ſine fraudum coniecturis conſideretur, aut cum illa eaſdem adiungas, ideoque ſe poſuiſſe diuerſitatem inter eas reſignationes, quæ ſolo fraudum reſpectu rejiciuntur, & alias quæ per regulã nullæ iudicari debent: & quod cum reſpondere non poſſis, te illã diſtinctionem chimæras appellaſſe, & nihilominus eamdem tanquam veram agnoſcere. Sed parce mi Couſine, ſi tibi dicam, quod non debebas vti quẽadmodũ es vſus iſto verbo, *deliria*, et quod bene ſcis cauſſam. Quod ſcribis ex Molinæo textum in cap. 20. De
pag. 63. et 64. Renunt. in ſexto ius indicare, id quidem accordat in caſu illius, qui non pertinet ad veſtram quæſtionem. Sed quid inde ſequitur? Nihil penitus. Cum in ſecundo, inquit, caſu a me propoſito ſcripſiſſem, nihil prodeſſe fraudis argumenta, niſi præcipuum illud, quod à Regula dependet coniungamus, nempè ſi reſignans intra tempus viginti dierum à Regula conſtitutum moriatur, idque probaſſem per cõiecturas à Rebuffo expreſſas, quarum partem in mea Animaduerſione recitaui, ille me nihil probaſſe reſpondit. Quid quæſo impudentius?

impudentius? Quam aliam probationem a me potuit expectare? Imo vero, quid aliud probationis, quàm ex ea toties ab illo reperita propoſitione, ne quid, quo fraudari poſſint Graduatis, admittamus? Quæ fraus contra eos commiſſa dici poteſt, ſi reſignans extra viginti dies in menſibus non reſeruatis moriatur? Quid denuò ad hæc quæ iam ſatis in mea Animaduerſione explicaueram, Barba tui conſobriui reſpondit? An quia, inquit, infirmus poſtridie admiſſæ reſignationis, niſi concurrente Regula mori non poteſt? Quid iſtud quæſo poſtridie reſignationis? Quid etiam iſtud coucurrente regula mori non poteſt? Vana ſunt iſta B cotij ſomnia: vanæ imagines. Duorum enim vnũ debet cõfiteri: nempè reſignantem intra viginti dies mortuum in menſe affecto: aut eumdem viuum remanſiſſe, ſiue etiam extra viginti dies, extra menſem affectum, et in menſe libero deceſſiſſe. Primo caſu, intereſt ſanè Graduati fraudum coniecturas proponere, vt beneficium per mortem vacare cenſeatur. Altero vero, quid intereſt illius fraudes proponere, ex quibus beneficiũ quod neque intra viginti dies, neque in mẽſe affecto vacauit, poteſt po-

Ignorantia Beotij De Mãdatariis.

ſtulare, cum nihil aliud reſpondere poſſet, repetit Deciſionem l. filiæ meæ, a cuius æquitate Nominatos curiæ et candidatos Academiæ, ſine manifeſta iniquitate repelli non poſſe tradit. Agnoui ſemper æquitatem omnibus eſſe conſeruandam: ſed illam legem nihil ad noſtram quæſtionem pertinere docui in mea Animaduerſione. Miror ſanè aliam conſobrini tui cũ ignoratione mixtam impudentiam, qua exiſtimat me nunquam dicturum Nominatos curiæ, & Candidatos Academiæ Mandatariis inferiores, & minus fauorabiles: quoniam in Bulla indulti conceſſi curiæ cautum fuit, vt per illam, perſonis mandata iuxta formam capituli Mandatum, & duarum ſequentium decretalium, pro tempore habentibus, præiudicium aliquod non afferatur: & in p. Declarantes, de Mandat. Apoſtol. in Concordatis, decretum fuit, vt huiuſmodi Mandatarij graduatis ſimplicibus & Nominatis præferrentur: ex quibus verbis ſcire debebat Mandatarios fauorabiliores, & præferendos à ſummis Pontificibus fuiſſe iudicatos. Equidem Magiſter Guillelme iſta nimis craſſa eſt ignorantia, quam tamen in tuo conſobrino, quòd in noſtra ſcientia

non ſit verſatus puto excuſandam. Hæc cum dixiſſet, continuauit lecturam tuæ cenſuræ, & in eo loco vbi eos quide fraudibus probandis ſcipſerunt, aut ex morte reſignantis, aut ex morbo vnde mors ſequuta ſit, argumentum ſumpſerunt, de regula in hoc negotio nemo vmquam ante Buthillerium ſomniauit. Appoſitè, inquit, iſta conſobrinus tuus ſcripſit: quoniã idipſum accepit ex meæ Animaduerſionis pag. 40. & 41. *His verbis vides reſignationem ex fraudis probatione, nullo auxilio regulæ prorſus irritari.* Hæc cum a me dicta ſint, nulla indigebant Beotij confirmatione: At vero, ſi ita velit vt ad probandas fraudes reſignationum, ſeu ad illas irritãdas, nullo ſit opus Regulæ auxilio, quemadmodum ſcribit de regula, neminem vnquam ante me ſomniaſſe, cur ille ex quorumdam interpretum ſententia tanta cõtentione tantóque molimine regulam contra ordinarios locum habere contendit? Quin ille agnoſcit, quod tam ſæpè ſcripſi me concedere omnes reſignationes fraudulentas nullas eſſe: dummodo fraudum probationes aliter quam ex regula conſtituat. Fateor in caſu l. filiæ & cap. 2. de renunt. in ſexto de infirmitate infirmi,

Differẽtia inter beneficia vacantia per fraudum probationẽ, aut vi Regulæ.

Contra auctoritates à Beotio citatas.

obitu & aliis circonſtanciis Bartholum, Immolaos, & alios interpretes fraudum prçſumptiones, imo probationes collegiſſe. Sed eas ad noſtram Quæſtionem inutiles eſſe oſtendi, tam in mea Quæſtione quam in Animaduerſione, adeo vt nulla ſit opus repetitione. De Gomeſio
pag. 65. ſpecifice agnoui etiam illius opinionem, & eadem illius verba quæ refert tuus conſobrinus, illa inquam ipſiſſima imſerui, eiſque reſpondi in mea Quæſtione pag. 45. & aliquot ſequentibus. Agnoui etiam Rebuffum contrariam ſententiam ſequutum fuiſſe, & cum illi reſponderim in mea quæſtione, pag. 7. & aliquot ſequentibus, quemadmodum etiam reſpondi argumentis Gomeſij, nulla hic opus eſſe repetitione exiſtimo. Id vnum addam ex verbis Gomeſij, quoniam tu eadem quæ expreſſeram repetis, Gomeſſim agnouiſſe regulam fauore ordinariorum factam fuiſſe, licet cum eis expectantes coniunxerit his verbis. *In fraudem ordinariorum & expectantium, &c.* quod tamẽ tuus cõſobri
pag. 66. nus falſum eſſe dixit pag. 49. iſtius cẽſuræ. Quod autem ſcripſit de Chopino, inutile eſt prorſus: licet enim priora verba, quæ tuus conſobrinus adnotauit poſſint intel-

ligi de ordinario collatore, & poſteriora de inæquali permutatione: tamen, nihil agit de regula ſi generaliter & indefinite contra ordinarios debeat exerceri, & de ea lectorem iubet Molinęum conſulere: adeo vt nihil de regula deffiniat. Et ego, qui ſæpiſſime cum eo in conſultationibus reſpondi, certo ſcio illum in ea fuiſſe opinione, vt regula contra ordinarios extendi non poſſet. Contra illud quòd rememoras, omnes qui de ea re ſcripſerunt, eodem collineaſſe, vt beneficia Academicis conſeruarentur, reſpondit ſe rapportare ad ea quæ ſcripſit in ſua Animaduerſione: quòd nullos auctores quam eos quos in ſua quæſtione nominambat potuiſti nominare, Gomeſium ſcilicet, Rebuffum, & Molinæum, qui citant Immolaum & quod iſti in tam paruo numero non efficiunt omnes, quoniam Chopinum inter eos nominare non potuiſti: *Imo*, inquit, Buthillerius, *ego id poſſum aſſere*. Bartolum, Immolaos & cæteros antiquiores doctores & interpretes nihil penitus reſpondiſſe de regula præter Deciũ, vt ſcripſi, multominus de graduatis, quos ipſi non cognouerunt, & præcipue Bartholus qui vt tradit Valẽtinus Foreſterus anno milleſi-

Lib. 3. De Hiſto. Iur. ciuilis.

mo tercenteſimo quinquageſimo quinto mortuus eſt & Iohannes de Imola, qui anno milleſimo quadringenteſimo trigeſime ſeptimo, vt idem auctor tradit, mortuus eſt : cum priuilegium graduatorum in Concilio Baſilienſi, quod anno duntaxat milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo ſecundo finem accepit, fuerit conſtitutum. Deinde continuando lecturam tuæ cenſuræ, in eo loco, in quo ſcribis de fontibus æquitatis, dixit, quod tibi facile eſt ſcribere, quod tua omnia ſunt ex fontibus æquitatis, ſed difficile probare: quẽadmodum illam ſtoliditatis iniuriam quã a commenſamento tuæ defenſionis contra illum propoſuiſti, & in iſto loco ſine probatione repetiiſti. Cum, inquit Buthillerius, tuus conſobrinus ſcripſiſſet in ſua defenſione *fraudum coniecturas in ſuis commentariis interpretes inſeruiſſe, non quòd crederent fraudum probationem eſſe neceſſariam*, &c. et ego illi reſpondiſſem, nullum eſſe tam ſupinum & ſtolidum qui collationem tamquam fraudulentam ſine fraudis probatione auſit condemnare : Iubet me iram temperare : & ſtatim ipſemet æſtuctu irarũ fluctuans, exclamat, me impudentiſſimè calumniari:

pag. 67. et 68.

iudices ſupinos & ſtolidos appellare, & neminem me eſſe ſtolidiorem. Sed quodnam eſt in illa reſponſione iracundiæ indicium? quæ impudentia? quid quod iudices poſſit lædere? quæ ſtoliditas? adeo ne ſuus iſte fluctuans iracundiæ torrens mētem ſuam occupauit, vt dicat me quaſi obcæcatum, ſtolidum & calumniatorem eſſe, qui ſine fraudum probatione, reſignationem fraudulentam iudicari non poſſe affirmauerim? En magiſter Guillelme, ex iracundo ſtomacho iracundiæ fruſta eſculenta, quæ in me immerentem euomuit: & nihilominus me iram cohibere iubet. Addit ille vt iſtarum iniuriarum virus excuſet, ſe ſcripſiſſe Rebuffum & nonnullos interpretes cenſere, regulam de infirmis habere locum in ordinario, cum Academicorum res agitur, & cum regulæ eſt locus, non opus eſſe fraudes coniecturis probare: & iſto effugio iracundas ſuas iniurias exiſtimat ſe poſſe excuſare: quaſi vero illud negauerim, imo cum opinionē Rebuffi propoſuerim, et eamdem refutaui in mea quæſtione, conceſſi etiam multoties, quemadmodum denuo concedo vt regulam omnino à fraudum probatione, & fraudum probationes à regula diſ-

iungat: non autem vt interpretes accuſet, quaſi fraudum coniecturas in ſuis commentariis inſeruerint, non quòd crederēt fraudum probationem in iudiciis eſſe neceſſariam, ſed vt Regulæ demonſtrarent æquitatem. Redit denuo ad toties repetitam regulę & fraudum differentiam, quam ego iterum illi concedo: quemadmodum etiam cōceſſi reſignationes fraudulentas nullas eſſe. Hac illi differentia conceſſa, ſi duntaxat in fraudum probatione cauſſam graduatorum conſtituat, dic illi vt rejiciat regulam: ceſſabit noſtra controuerſia, qua ille regulam locum habere contra ordinarios aſſerit, & ego pernego, amabo tuum conſobrinum, ſi id concedat, amplectar hominem licet iniurioſum, & tantarum calūniarum, quas in me cōiecit obliuiſcar: Quærémus poſtea, ſi velit, vtrum ordinarii ſine fraude reſignationes puras & ſimplices poſſint admittere. Denuo continuando lecturam tuæ cenſuræ, cum veniſſet ad eum locum, quo fidem illius blaſmas, tāquam in mendacio deprehenſam: dixit, quòd in omnibus in quibus eum de mendacio accuſaſti, docuit, te ipſum eſſe mendacem & impoſtorem. Et cum repetis differentiam inter

Repetita differentia inter Regulam et fraudū probationem.

pag. 69.

fraudum probationes & terminos regulæ, debebas te reſſouuenire: quòd cum illam tibi conceſſerit, nulla eſt opus repplicqua: Dixit etiam in l. filiæ meæ tam ſæpè a te repetita Bartholum & Imolaos nihil vmquam de graduatis penſauiſſe: & quòd tu ab eo auctoritates Gomeſij & Rebuffi accepiſti, quas in ſua quæſtione refutauit. Cum autem, inquit, ſcripſi me a tuo conſobrino deſiderare, vt mihi Iuris diſpoſitionem, cujuſdam canonis, decretalis, aut etiam antiquorum interpretum auctoritatem citaſſet, qua beneficia per regulam vacantia Nominatis curiæ, aut graduatis ſuo iure deberentur: ſciebam quid de fraudum coniecturis & de mandatariis expectantibus, ſummi Pontifices & nonnulli interpretes ſcripſerant: & quænam eſſet inter mandatarios & graduatos differentia: ideoque expreſſis verbis de graduatis & de regula auctoritatem requirebá. Quid ad meum iſtud deſiderium tuus cõſobrinus? repetit pro iuris diſpoſitione deciſiones legis filiæ meæ & cap. 2. de renũt. quas ego primus citaui in mea Quæſtione, & in quibus ne verbum quidem de graduatis, aut de regula. Quaſi vero ab illo petierim eaſdem legis & capituli ci-

Vacãtia per Regulam non deberi Graduatis ſuo iure.

Nullum pro eis textum neque de Regula apud antiquiores Interpretes.

tationes,quas à me acceperat. Quæris,inquit conſobrinus tuus,antiquos interpretes? Bartholum & Imolanum nominaui. Egregia vero inter tot qui vixerunt poſt Bonifacium octauum regulę conditorem nominatio,quam ego nihilominus libenter acceptarem, ſi de regula aut graduatis vllum apud eos extaret verbum.Sed cum de illis nihil ſcripſerint, perinde eſt atque ſi Azonem, qui longè antequam regula ſancita fuiſſet, & longè ante priuilegium graduatorum deceſſerat, nominaſſet. Recentiores nominat Molinæum & Chopinum: at ego ab illo recentiorum Nominationem nunquam deſideraui. Nominat ſolos Gomeſium & Rebuffum,qui regulam expectantibus (volebat dicere graduatis) vindicarunt. At ego,nullam etiam eorum qui regulam contra ordinarios extendunt nominationem deſideraui,& ſane nihil ſuberat cur iſtos nominaret, quos ante illum nominaueram: imo eorum opinionem in mea quæſtione refutaueram. Cum nihil citauerit eorum quæ ab ipſo deſiderabam,exclamat quaſi omnia præſtitiſſet. *Quid eſt*,inquit,*quod amplius deſiderare poſſis*? dic illi quæſo magiſter Guillelme, eadem me deſiderare quæ ab eo

petieram, vt mihi cuiuſdam canonis, decretalis aut etiam antiquorum interpretũ auctoritatem citaret: qua beneficia vacantia per regulam de Infirmis Nominatis curiæ aut graduatis Academiæ ſuo iure deberentur: quòd cum præſtare non potuerit, impudentiſſima certè ſua remanet interrogatio. *Non potuit loqui Alexander,* inquit ille, *de renuntiatione & expectãtibus: quin loqueretur de graduatis, cum inter expectantes non poſtremum locum teneant, &c.* ſi ex eo quòd graduati beneficiorum vacationes expectant, tuus conſobrinus expectantes appellare velit, id ſanè non inuideo: ſed eos ſub mandatariorum expectantium appellatione nunquam fuiſſe comprehenſos docent cap. Mandatum & duo ſequentia, quibus a Gregorio nono ſummo Pontifice eorum iura fuerunt ſtabilita: quoniam mortuus eſt circa annum milleſimum ducenteſimum quadrageſimum primum, lõgè ante concilium Baſilieſe incœptum anno milleſimo quadringenteſimo trigeſimo primo, quo duntaxat de priuilegio graduatorum agi cœptũ eſt. Audebit-ne dicere tuus conſobrinus, Mandatariis expectantibus eorumque iuribus graduatorum priuilegium de quo

Graduatos licet expectent ſub antiqua expectantium appellatione non fuiſſe cõprehenſos. *pag. 70.* *De Reſcrip. In Am.*

nullo modo cogitare poterat, Gregorium nonum comprehendiſſe? Agnoſco ſanè Alexandrum Immolaum de eodem graduatorum priuilegio loqui potuiſſe, quoniam Cōcilium Baſilienſe, quo priuilegiū illorum fuit introductum, finem accepit anno milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo ſecundo, & Alexander Imolaus vt idem Valentinus Foreſterus tradit ex ſuo tumulo marmareo & ſumptuoſo Bononiæ apud ſanctum Dominicum cū imagine & ſubſcriptione condito, mortuus eſt anno milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo. Sed agnoſcere etiam debet tuus conſobrinus in omnibus illis Commentariis & Conſiliis quæ ſcripſit, nullam Graduatorum mentionem feciſſe: ideoque vix fieri poſſe, vt cum de expectantibus loquantur, Graduatos ſub illorum appellatione comprehendant: Et denuo debet agnoſcere, omnes etiam poſteriores interpretes, qui nominatim de expectantibus ſcripſerunt: quemadmodū Stphilæris qui tractatū de litteris gratiæ compoſuit, Gomeſius qui tractatus gratiarum expectatiuarum & de mandatis de prouidēdo condidit, eos, inquam, nihil de eorundem Graduatorum priuile-

Eod. lib. 3 Hiſto. Iur. ciuil.

gio ſcripſiſſe: & multominus Graduatos ſub expectantium mandatariórum appellatione comprehendiſſe. Quid dixi interpretes antiquos? imo ne vnum quidem ex his, qui ante ſeculum quindecimum vixerunt reperiet, qui de Graduatis fuerit loquutus, niſi fortè de mandatis in forma pauperum, pro Graduatis aliquid tractauerint. Cum igitur nullus eorum de Graduatis aut Graduatorũ priuilegio ſcripſerit, iſtam ne impudentiam excuſare poterit tuis conſobrinus, qua aſſerit ſe meo deſiderio ſatisfeciſſe, quo alicuius canonis, decretalis, aut etiam antiquorum interpretum auctoritatem ab eo poſtulabam, qua beneficia vacantia per regulam Nominatis curiæ, aut Graduatis Academiæ ſuo iure deberi tradidiſſent? ſed maior eſt impudentia de regula, de qua cum ſe ſatisfeciſſe, nec aliud eſſe quod ab eo poſſem deſiderare, quæſierit; tandem eludendæ iſtius tam apertæ ſuæ impudentiæ probationem iſto vtitur diffugio. *Regulam autem obtrudere*, inquit, *cum de iure communi & de fraudum per ius commune probatione agitur alienum eſt.* Quaſi vero ab eo deſideraſſem quæ ſit inter regulam & fraudum probationem differentia, quam ego toties illi

cõceſſi. Illud vero eludere eſt,non autem
ad ea quæ propoſita ſunt reſpondere.
Quanto melius ſi confeſſus fuiſſet quòd
veriſſimum apparet nullos antiquos in-
terpretes de graduatis aut priuilegio eo-
rũ, & de regula tãquam in illorũ fauorem
conſtituta loquutos fuiſſe. *Hunc*, inquit,
& alios contra Buthillerium citaui, vt proba-
rem ſine regula ex fraudum coniecturis reſi-
gnationes expugnari, & vacationem per
obitum induci, ſi reſignans infirmus decede-
ret. Appoſite quidem, ſi de ea vacatio-
ne quæſiuiſſem: ſed nihil tale petieram, i-
mo vt mihi cuiuſdam canonis, decretalis
aut etiam antiquorum interpretum au-
ctoritatem citaret, qua beneficia vacantia
per regulam Nominatis curiæ aut gradua-
tis curiæ ſuo iure deberentur. Quid ad de-
ſiderium meum explicandum iſtius vaca-
tionis probatio? Imo cur illius hoc in loco
propoſitio, poſt toties a me repetitam cõ-
ceſſionem, qua omnes reſignationes frau-
dulentas meo iudicio nullas eſſe declara-
ui? cur de reſignationum ex fraudibus ex-
pugnatione contra me, qui fraudum pro-
pag. 71. bationes contra quaſlibet reſignationes
admittendas cenſui, dummodo ab illius
admiſſione regulæ diſpoſitionem ſepare-

mus? Imputat mihi propoſitionem quaſi indefinite & generaliter a me ſcriptam, de qua ego nunquam cogitaui, *volult*, inquit, *Buthillerius niſi admoueatur regula coniecturis nihil per obitum vacare poſſe.* Imo vero reiecta regula & fraude per coniecturas probata beneficium vacare per obitum tradidi pag. 44. meæ Animaduerſionis his verbis, *vides reſignationem ex fraudis probatione nullo auxilio regulæ irritari.* Cur ergo me contrarium ſcripſiſſe calumniatur? ſecundam nectit imposturam. *Quomodo autem*, inquit, *probat Alexandrum de Imola non loqui de Graduatis? quia, inquit, de permutatione loquitur.* Ergo glu. Nihil huiuſmodi in mea Animaduerſione: calumniatur: cum enim ea quæ deſiderabam ab eo, ſcripſiſſem, recitaui Alexandrum de Imola, Iohannem illius fratrem, & nonnullos alios interpretes ex argumento l. filiæ meæ, beneficium expectāti debitum tradidiſſe: ſed licet de renuntiatione & expectantibus loquantur, nihil tamen de graduatis Academiæ, & multo minus de regula meminiſſe: cum, inquam, iſta ſcripſiſſem, nullam aliam eius rei confirmationem attuli, imo ſtatim in ſubſequenti clauſula reſpondi, ei quam mihi fieri poſſe

obiectioni præuidebam, qua aliquis illius textus interpretationem diceret etiam eos comprehendere, qui cum infirmi reſignaſſent, ex ea infirmitate deceſſiſſent. Reſpondi ipſos Imolaos de fraudulenta duntaxat permutatione loquutos fuiſſe, vt concluderem quemadmodum ea concluſio ſcripta eſt in pagina ſequenti his verbis, *Cum igitur apud eos, ne verbum quidem de regula, vbinam eſt iſthæc iuris diſpoſitio, qua graduatis regula de infirmis ſuo iure vti liceat?* &c. Hæc ſunt ipſiſſima meæ Animaduerſionis & eius quam induxi concluſionis verba, quæ conſobrinus tuus malitioſe & calumniandi animo detorſit, quaſi dixiſſem Imolanos nihil de graduatis ſcripſiſſe, ratione iſta expreſſa moti quod de permutatione loquebantur. Scilicet vt ex tam euidenti calumnia Barbatam ſuam concluſionem, Ergo glu, in ſua cenſura oſtentaret. At vero cum viderim in eadem iſta cenſura illum ſub vocabulo expectantium, quo vſus eſt Imolanus, graduatos etiam includere, explicaui tibi magiſter Guillelme, rationes quibus probaui Imolanum & alios antiquos interpretes qui de expectantibus ſcripſerunt, nũquam Graduatos ſub eorum denominatione comprehendiſſe

prehendiſſe. Poſt illas impoſturas confi-
git tuus conſobrinus, me monſtrum con-
feciſſe, ex eo quod ſcripſerim Bonifacium
octauum permutationem fraudulentam
condemnaſſe, nulla facta mentione re-
gulæ quam ipſemet condiderat, *quid*, in-
quit *hoc monſtri eſſe dicam?*

Prima leo, poſtrema Draco, media pſa chimæra eſt

Sed vbi sũt leo & draco? Nõ notat, & chi-
merã in ſuo cerebro retinuit: fateor me lo
co capitis vnici de Rer. Permutat in ſexto
citaſſe caput ſecundũ de Renunt. Sed ille
ipſe tuus conſobrinus errorem agnouit
pag. 75. iſtius cenſuræ, cum ergo ſcripſerim
Bonifacium octauum permutationem
fraudulentam condemnaſſe nulla facta
mentione regulæ quam cõdiderat, quod-
nam monſtrum confeci? audiat ille verba
ipſa Bonifacij in cap. vnico de Rer. per-
mutat. *Illos tamen*, inquit, *ſecundum formam
iuris ſua beneficia in eadem dioceſi ad tuam
collationem ſpectantia, permutare volentes li-
bere ac ſine fraude in manibus tuis reſignent,
&c.* Hæc ſunt etiam ipſiſſima verba, qui-
bus id quod ſcripſi veriſſimum apparet, il-
lum ſcilicet fraudulẽtam permutationem

pag. 72. Nullum monſtrũ confectũ a Buthillerio, et veriſſima eſſe quæ ſcripſit De Permutatione.

condemnaſſe, & nihil de regula, quam ipſe condiderat, iſto in loco ſtatuiſſe. Vbinam igitur monſtrum iſtud quod tuus conſobrinus ſõniauit? *falſum eſt igitur inquit quod tanta contentione aſſeruit & nunc diſputamus permutationem non poſſe probari fraudulentam, quantumuis omnes coniecturæ quas in concordatis ad verbum vacantia congeſſit Rebuffus, concurrant, niſi regulæ coniungatur auxilium*, Cur quæſo iſtud falſũ eſſe ſcripſit? quæ probatio falſi? nulla penitus, niſi quòd contrarium exiſtimat fraudulẽtam permutationem condemnandum eſſe ex fraudum coniecturis, ſine auxilio regulæ ex vi cap. vnici de Rer. permuta. in ſexto, et permutationem, contra quam extant fraudum cõiecturæ à Rebuffo traditæ tãquam fraudulentam rejici non poſſe, niſi auxilio regulæ adjuuetur: imo vero vtrũque verum eſſe tuus conſobrinus concipere debuerat ex ea quã docui in mea Animaduerſione differẽtia inter eas reſignationes, quæ ſolo fraudũ intuitu rejiciãtur: & alias quæ licet omnes fraudũ cõiecturæ ſuperuenerint, ſi regulæ deſit auxilium firmæ remanent, neque vlla ratione conuelli poſſunt. primo enim caſu ſatis eſt fraudum interueniſſe, nec vllo modo de eſſe-

ctu regulæ inquirendum: ſecundo autem nihil omnino proſunt fraudis argumenta, niſi præcipuũ illud quod a regula dependet aliis argumentis conjungamus. Eã vt probarem diuerſitatem citaui pro primo caſu exemplum cap.2.de renunt. in ſexto eiuſque facti ſpecie propoſita clauſulam à me tibi repetitam. *Vides reſignationem ex fraudum probatione nullo auxilio regulæ prorſus irritari: accipe aliam quæ, cum fraudis accuſatio contra eam proponatur, eiuſque multa extent argumenta, tamen ſi regulam tollas, remanet certa, neque vllis argumentis conuelli poteſt, &c.* Iſtius exemplum petij à coniecturis quas Rebuffus collegerat, & deinde adieci. *Quidnã in huiuſmodi permutatione argui poteſt, ſi beneficiatus pingue pro tenui, ex cauſa permutationis reſignauit beneficiũ, quod ſine vlla conditione aut alterius beneficij traditione reſignare poterat? quid illius intereſt ſi clam, & ſemotis arbitris, beneficium quod publice etiam reſignare poterat conſanguineo auctoritate ſuperioris dereliquit? At vero ſi regulam de infirmis adhibeas nempe, reſignantem infirmum intra viginti dies deceſſiſſe, & cum ea coniecturas fraudis coniungas, tum vero ex vi regulæ & fraudum coniecturis concurrentibus nulla eſt permutatio, &c.* quid

contra tam certam diuerſitatem tuus conſobrinus? Nihil niſi quòd ex leone, dracone & chimęra, in vno atque eodem corpore monſtum compoſui: ſed quibus in partibus iſta animalia conſtituerim in mea Animaduerſione non explicat. Si ea quæ ad probandam primam iſtius diuerſitatis partem ex Bonificio octauo ſcripſi, leonem, draconem aut chimaræm exiſtimabat, quid cauſſæ eſt qua illiud quod in eo monſtroſæ imaginis ſpeciem referret non detexit? conſtitui ex Bonifacio Papa beneficiatum fraudatorem qui vt pingui beneficio quod breui vacaturum ſperabat expectantem fraudaret, illudque obtinere poſſet, beneficium tenue quod poſſidebat pure & ſimpliciter reſignauaſſe: quòd ũc mandatarius expectans acceptare coactus fuiſſet, idem ipſe fraudator pingue illud beneficium obtinuit: hac facti ſpecifie conſtituta ſcripſi per eiuſdem Bonifacij decretalem, fraudatorem iſtum vtroque beneficio priuandum, idque ſine illo regulæ auxilio, & ſane ſi graduati eodem quo expectantes iure vterẽtur priuilegio, quo beneficia vacantia nullo vacationis genere excepto illis debentur, præterquam per permutationem

illis debentur, eamdem decretalem licet de illis Bonifacius nunquam cogitauerit, ex ſimilitudine rationis ad eos extendendam exiſtimarem. Quid quæſo eſt in ea conſtitutione contra fraudatorem, quòd leonem, draconem, chimeræm aut aliud quodlibet monſtrum redoleat? denuo ſi ea quæ propoſui ex fraudum coniecturis à Rebuffo collectis, ad probandam alteram diuerſitatis partem aliquid etiam monſtri continere arbitrabatur, quid cauſſæ etiam eſt, qua illius monſtri euidentiam, quam falſo obtendit ſilentio ſuppreſſerit? hanc vt ille ſeu quiuis alius ex nuda veritate perſpiciat, libet proponere beneficiatum, qui ſenio confectus, aut graui morbo oppreſſus, ſiue etiam tempore peſtis cum mors cenſeretur imminere, quæſitis ad procuratorem, qui ſuo mandato reſignaret conſtituendum latebris, rogatis notario & teſtibus, ne quid de ea re deregerent, in menſe graduatis affecto reſignauit permutationis cauſſa ſuũ pingue beneficium in fauorem ſui fratris; quo, præter parentes & filios nullus proximior eſſe poteſt, accepto ex eadem permutationis cauſſa ab eodẽ fratre tenui

& minimi valoris beneficio. Hæ ſunt fraudum coniecturæ à Rebuffo propoſitæ, quibus concurrentibus ſi moriatur reſignans intra viginti dies conſtitutos à regula, vult ille, & ego conceſſi beneficium pingue per obitum beneficiati vacare: ſin vero regula ceſſet, videlicet ſi idem beneficiatus reſignans non moriatur intra eoſdem viginti dies, ſed viuat longo poſt tempore, audebitne tuus conſobrinus adfirmare per huiuſmodi fraudum coniecturas beneficium vacare & graduatis deberi? audebitne in iſta facti ſpecie & deciſione aſſerere, me ex leone, dracone & chimera monſtrum confeciſſe? vides-ne Gulierme quantum ſint rediculæ & impudentes illius exclamationes, imo omnes aſſertiones, quibus omnia quæ tantiſper ad noſtram Quæſtionem faciunt conatur confundere, & iniuriarum laciuia deturpare? Vrgebit forte tuus conſobrinus, illis, quibus vti conſueuit cauillationibus, monſtrum confici ex eo quod dixerim fraude per coniecturas probata, beneficium vacare per obitum ſine auxilio regulæ: & eiſdem coniecturis probatis, ſi regula deſit non vacare. veluti ſi dixiſſem coniecturis fraudum quas tradit Re-

buſſus probatis vacare beneficium ſine regula: & iiſdem probatis non vacare,niſi regula coniungatur: nihil enim aliud mente poſſum coniicere, quo monſtrum illud confingi potuerit, vel eo maxime quod de fraudum coniecturis ita ſcribit, ac ſi illæ, quæ ad illicitas pactiones ſimoniam & confidentiam pertinent, quas ille fraudes vocat, ego crimina appello,nihil differant ab his, quas Rebuffus cum de fraudulenta permutatione loquitur,contra reſignationes ex eadem permutatione ab infirmis reſignantibus intra viginti dies mortuis factas, propoſuit. ſed nihil ſimile,nihil tam abſurdum à me vnquam fuiſſe ſcriptum reperiet. Imo vero debet agnoſcere, me ſatis expreſſiſſe diuerſas fraudum coniecturas, & conſiderationes, quæ ex variis rerum cauſſis & figuris colliguntur. Recitaui eas, quas Rebuffus & Molinæus ſcripſerunt tamquam ad regulam pertinentes, ſiue tamquam regulæ coniungendas contra reſignationes factas ab infirmis,qui vt iam dixi intra viginti dies deceſſerunt:ſunt & aliæ, quæ nihil ad regulam pertinent, quemadmodum illæ quas explicaui ex cap. ſecundo. De Renunt. in ſexto, in quo nihil de re-

gula : & quemadmodum iſtæ per tuum conſobrinum toties repetitæ de pactionibus illicitis, ſimonia, confidentia & cæteris huiuſmodi. Si de illis in permutatione agatur quas Rebuffus & Molinæus cum de regula diſputant propoſuerunt, dixi & probaui nullam per eas vacationem beneficiorum introduci contra permutationem, niſi regulæ auxilio adiuuentur, quoniam, vt ſæpe etiam dixi, regula in permutatione locum habet, iſtis fraudum coniecturis extantibus & probatis. Sin autem de aliis agatur, quæ à regula non dependent, illas perpetuas eſſe, ſine regulæ auxilio & iiſdem probatis beneficiorum vacationes introduci. Hæc, cum tuus conſobrinus ignoret, nihil mirum ſi ex inſanientis familiæ vitio, monſtra conficiat. Tranſit ad ea quæ ſcripſi argumenta, quibus probarem Alexandrum de Imola loquutum fuiſſe de permutatione: & aliquot paginas ad ea refutanda conſumit : quibus ego paucis reſpondeo, illa quæ citaui non adeo mihi neceſſaria viſa fuiſſe, vt ex illis Alexandrum Imolaum de permutatione dumtaxat cogitaſſe velim ad firmare : ſed eam de permutatione opinionem confirmari per glo-

Alexādri Imolæ opinionem de permutatione interpretatā.

ſam in cap.vnico de rer. permut. in ſexto, in quo de permutatione agitur, in verbis *ſine fraude. Pone*, inquit, *in terminis decretalis ſuprà, eodem libro de renunt. cap. ſecundo. Scilicet cum permutatur beneficium quod ſperabatur in proximo vacaturum, vt præcludatur via expectanti*, &c. Hæc ſunt ipſiſſima iſtius gloſæ verba, quæ cũ ad decretalem 2. de renunt, referãtur, facile eſt colligere, eam de permutatione intelligendam eſſe, ideoque Alexandrum eandem de permutatione opinionem ſequutum fuiſſe, licet etiam de reſignatione ſimplici aut etiam conditionali in fauorem poſſit intelligi. Cum ſcripſerim in mea animaduerſione textum in cap. Secundo de renunt. in ſexto vbi Bonifacius octauus fraudulentam permutationem condemnat, nulla facta mentione regulæ quam ipſe vt dixi condiderat, exclamat tuus Conſobrinus, *vel ex hoc vno loco*, inquit, *patet ſiue ignorantia intolerabilis, ſiue ſtupor immedicabilis*, &c. Et nihilominus ille ipſe agnoſcit errorem eſſe in eo quod iam confeſſus ſum cap. Secundum de renunt. ſcriptum fuiſſe loco capitis vnici de rer. permut. in ſexto. Hæc eſt tui conſobrini conſcientia: hæc veri agnoſcendi volun-

pag. 74.

pag. 75.

tas: quemadmodum & illa cenſura quam ô ſupra 2.cũ typographus arithmeticæ notas 2°. adhibere debuiſſet, ô cyphram è regione poſuit, vnde vigeſimum caput à me citatum fuiſſe ſcribit, licet ipſemet errorem agnouerit pag. 43. iſtius cenſuræ his verbis ex mea Animaduerſione deſcriptis: *Exemplum*, inquit, *extat in cap.2.de renunt.in ſexto,&c.* Cum etiam ſcripſiſſem me ab eo deſiderare vt mihi cuiuſdã canonis, decretalis, aut etiã antiquorum interpretum auctoritatem citaret, qua Beneficia vacantia per regulã de Infirmis Curiæ aut graduatis deberentur, & cum ille, vt iam dixi, nullam citare potuerit, ideoque quærerem denuo, vbinã eſſet illius iuris diſpoſitio, qua graduatis deberentur, reſpondit laruas eſſe & lemures cum quibus colluctatur. Sed in illo laruarum & lemurum ſomnio nihil citat, quo iuris illius diſpoſitionem confirmare poſſit: Addit Alexandrum in l. filiæ meæ, egiſſe de iure communi, quod ego illi concedo, quemadmodum & recipio cõfeſſionem, qua nihil de regula ſcribit Alexandrum inculcaſſe, quoniam poſt illam confeſſionem remanent vera quæ dixi, illum quemadmodum & cæteros antiquos

Si beneficia vacãtia per Regulam Graduatis ſuo iure debeãtur.

Nihil de Regula apud Alexandrũ aliosque antiquiores Interpretes.

interpretes, nihil vmquam de regula & graduatis cogitaſſe, nullamque eſſe diſpoſitionem iuris, qua vt ille dicebat beneficia per regulam vacantia graduatis ſuo iure debeantur. At vero falciſſimum eſt quòd illico tradit caput ſecundum de renunt. condemnare fraudes, ad quas regûlæ auxilium extendi non poteſt: quoniam verbis expreſſiſſimis loquitur de beneficio pinguiori quòd in proximo credebatur vacaturũ, vt qui a reſignationis tẽpore, is qui præbendam vel dignitatem pinguiorem habebat infirmitate graui detinebatur, de qua infirmitate regula loquitur: adeo vt ſi poſt reſignationem tenuis beneficij, poſſeſſor pinguioris de. .ſſiſſet, ex ſola ratione regulæ quaſi intentione fraudatoris probata, idem beneficiũ pinguius expectanti deberetur, & non ſolum illo ſed etiam altero tenui reſignato fraudator priuaretur. Iſtudque notãdum exiſtimaui, non quòd ad noſtram quæſtionẽ multum pertineat: nihil enim intereſt, ſi textus iſte loquatur aut non de fraudibus, quæ ad regulam pertinent, ſed vt liqueat quam incertæ ſint Beotij interpretationes. *Et hinc*, inquit, *fuit tertia ratio quã reddidi, cur interpretes etiam ſi cenſerent regulam* *pag.76.*

habere locum in ordinario, & vbi erat regulæ locus nihil opus eſſe coniecturarum indicio, nihilominus coniecturarum fraudis exempla propoſuerant, vt ſi reſignatio cõtingeret per nõ Infirmum facta, in terminis capitis ſecundi hac admota machina expugnaretur, &c. Imo vero clauſula iſta omnino diuerſa eſt ab ea, quam in defenſione inſeruerat, quemadmodum apparet ex ea quam vides, & ſtatim accepto libello tuæ defenſionis legit clauſulam ſcriptam pag. 10. incipiẽtem his verbis: *Quod vero ad interpretes, &c.* in quibus certenementer mi couſine nihil audiui eorum quæ ſunt in tua cenſura, niſi iſta verba vt ſi reſignatio contingeret per non infirmum facta, hac admota machina expugnaretur quæ, vt ille ſcripſit, ex tuæ defenſionis verbis ad terminos capitis ſecundi de renunt. accommodari non poſſunt, cum etiam de illo nullam mentionẽ feceris in 8. 9. 10. & 12. paginis tuæ defenſionis. Adjoutauit deinde continuando legere tuam cenſuram: vide, inquit, magiſter Guillelme, quam diuerſæ ſint & ineptæ tui conſobrini cogitationes, ſcripſit enim in iiſdem clauſulis quas legi, hæc quæ ſequuntur, *quid quod Buthillerius, qui vt di-*

Contrarietates falſo impoſitas Buthillerio per Beotiũ.

xi, regulam in permutatione admittit, & in ſimplici ei locum non eſſe contendit, ita contra ipſos Interpretes agit; quaſi regulam a permutatione repellat, eam in ſimplici reſignatione admiſſurus? Quid iſta ſunt, me regulam in permutatione admittere, & quaſi regulam a permutatione repellere? Quid denuo me regulam in ſimplici reſignatione locum non habere contendere: & in eadem ſimplici admittere? Quis ferat iſtas tam ineptas quas mihi falſo imputat contrarietates? Cum ab eo quæſiuiſſem, Quid iſtud erat quod diceret regulam de infirmis ideo factam, vt ſi reſignatio contingeret per infirmum facta, de qua regula non cauerat, hac admota machina expugnaretur. Reſpondit ſe non dixiſſe, regulam ideo factam fuiſſe, ſed Interpretes cõiecturas fraudis ideo propoſuiſſe. Quaſi vero nõ dixerit ea quæ eoſdem Interpretes voluiſſe præſupponit: ſed quando ita vult, accipiamus illius interpretationem. *pag. 77.*
Quiſnam eſt ille Interpretum, qui rationem iſtam ſcripſit, aut cogitauit? obmuteſcit. Merum eſt Beotij ſomnium: & ſanè falſa apparet ex eo, quòd iidem Interpretes in ſuis Commẽtariis De Regula, fraudum Tractationem, cum eiuſdem Regu-

læ Tractatione miſcuerunt: et quòd ille i-pſe, in diuerſis ſuæ Defenſionis et iſtius cenſuræ locis, ſcripſit, per Regulam non modo fraudes, ſed etiam omnes fraudum occaſiones excludi, atque extirpari, adeò vt ſi verum dicat, neceſſaria fuerit apud eoſdem Interpretes de vtraque Tractatione diſputatio, licet re vera vt alio loco diximus Regula facta fuerit; non contra crimina ſimoniæ, confidentiæ et alia huiuſmodi, quæ ille fraudes appellat: ſed contra eas, quas in præiudicium ordinariorum collatorum, Romanæ curiæ officiarij perpetrabãt. Quod de meis cõmẽtariis meiſque amicis qui me ab eorum editione diſſuadent & anguntur animo, quo hanc decimæ tertiæ Quæſtionis Editionem immaturè præcipitauerim: quod, inquam de his ſcripſit, noua eſt impoſtura, ei ſimilis, quam de illius ſibi amiciſſimi calumniatoris, quẽ ſe ipſum eſſe recognouit. *Cum*, inquit, tuus conſobrinus, *Buthillerius pag.* 12. *ſuæ Quæſtionis probare vellet, interpretes cenſuiſſe regulam non habere locum in ſimplici reſignatione, ex eo argumẽtũ ſumpſit, quod fraudum coniecturas venati ſint: quod quidem minime erat neceſſarium ſi paſſim regula locum haberet in ordinario, &c.* Hanc clauſulam

Impoſtura Beotij De Cõmẽtariis Buthillerij.

Falſa Beotij clauſulæ à Buthillerio ſcriptæ expreſſio.

veluti à me ſcriptam falſo recitat: neque enim vnquam ſcripſi interpretes excepto Molinæo cenſuiſſe, Regulam non habere locum in ordinario collatore. Sed id ſcripſi interpretes nonnullos ſcilicet, quemadmodum Gomeſium et Rebuffum illam in reſignatione pura & ſimplici, quæ fit in manibus ordinarij collatoris & collatione deſuper ſubſequuta nullum locum habere teſtari, eo ipſo quòd in his quę permutationis cauſſa fiunt, in eorumdē ordinariorum manibus fraudum coniecturas reijciendas tradiderunt: cui argumento tuus conſobrinus nunquam potuit reſpōdere: *ſcripſi*, inquit, *pag.* 10. *&* 11. *meæ reſponſionis ſi coniecturarum fraudis tractatio argumentū eſt regulæ non eſſe locum, ſequi interpretes admittere Regulam in ſimplici reſignatione, & eam à permutatione repellere, cum, ſi Buthillerio credimus, ipſi interpretes fraudum cōiecturas in permutatione, non autem in ſimplici, reſignatione perquirendas docuerint, & hoc dixi argumentum eſſe ad hominem: quid Buthillerius? Nempe quod in cæteris neque quid ego dixerim, nec quid ipſe ſcribat intelligit, &c.* Buthillerius reſpōdet clauſulam iſtam ex tui conſobrini defenſione falſo in ſua cenſura deſcriptam fuiſſe, iſta ſunt enim in ſua de-

Argumētum ex fraudum coniecturis in permutatione.

ſenſione verba. *Nã cũ interpretes, vt Rebuſſus & Gomeſius ſentiant regulam in ordinario procedere, nec ex Buthillerij hypotheſi hæc ſẽtentia ſtare poſſit in permutatione, fraudum coniecturas exquirendas cenſent: reliquũ eſt vt locum habeat tantum in ſimplici reſignatione, de qua nullas coniecturas propoſuerunt: quod ſententiæ Buthillerij nihil magis aduerſari poteſt, &c.* Conſidera magiſter Guillelme, quanta ſit differentia inter iſtam clauſulã & illam quam ſcripſit in ſua cenſura: & nihilominus tanta eſt impudentia tui conſobrini, vt aſſerat ſe eam ſcripſiſſe in ſua defenſione. Nec ſanè clauſulas iſtas adeo diuerſas in caſſum commentus eſt: voluit enim rẽ, quæ alioquin clara eſt, quaſi Cimmeriis tenebris obſcurare, Cum ſcripſerim in mea quæſtione pag. 11. & 12. *ipſos interpretes & gloſatores, Gomeſium ſcilicet et Rebuſſum regulam iſtam de infirmis reſignantibus in reſignatione pura & ſimplici quæ fit in manibus ordinarij collatoris & collatione deſuper ſubſequuta nullum locum habere ſatis ſuperque teſtari, eo ipſo quod in his quæ permutationis cauſſa fient in eorumdem ordinariorũ manibus, fraudum coniecturas & præſumptiones requirendas tradiderunt, ſi enim ſine exceptione & paſſim in ordinario collatore de-*

bet

bet locum habere regula, & eo ipſo quod reſignantes intra viginti dies mortui ſunt in menſibus graduatorum, vacent per obitum eorum beneficia, quid neceſſe eſt fraudum coniecturas aut præſumptiones perquirere? Hæc etiam ipſiſſima meæ Quæſtionis verba hoc loco repetere libuit. Cum inquam hæc ſcripſerim, & nihil tuus Conſobrinus reſpondere potuerit, aliud orditus eſt argumẽtum, quòd licet ſit verborum diuerſitate obuolutum, tamen eo redit vt ſi a generali propoſitione partem demas, reliquũ ſub eadem propoſitione remaneat. Reſignationis vocabulum diuerſas ſpecies reſignationum complectitur: propoſitio interpretum Gomeſij & Rebuffi, qua dicunt regulam contra omnes reſignationes ab ordinariis admiſſas locum habere, nihil excipit, ſi eas quæ permutationis cauſſa fiũt ab illa generali propoſitione demas, quis dubitat quin ex eorumdem interpretum Gomeſij ſcilicet et Rebuffi ſententia cæteræ reſignationum ſpecies, inter quas eſt ſimplex, pura & ſine vlla conditione reſignatio, ſub eadem propoſitione, non remaneat? veluti ſi quis diceret, quod tamẽ dictum nolo, ſtultitia & fatuitas ex Iohãnis et Nicolai vicinorum ſententia habet

locum in omni Beotiorum familia ex quâ ſunt Franciſcus & Adrianus Beotij, Franciſcus Deo iuuante ab huiuſmodi ſtultitia & fatuitate liberatus eſt, Ergo remanet Adrianus ex eorumdem Iohannis et Nicolai vicinorum generali ſententia, vt in eo ſtultitia & fatuitas locum habeant. Admirabilis ſanè argumentatio quam me dicit non intellexiſſe: eam ego nunquam negaui, dummodo addat tuus conſobrinus, id colligi non ex mea hypotheſi vt
pag. 78. falſò calumniatur, ſed ex ea quam ſequitur generali propoſitione à Rebuffo & Gomeſio tradita, quam ego erroneam eſſe contendo. At vero iſta cauillatio tui conſobrini nullo modo reſpondet meæ argumẽtationi, qua dixi generalem illam propoſitionem Gomeſij & Rebuffi erroneam apparere, ex eo quòd cum illi ipſi agnoſcant; neceſſarias eſſe fraudum coniecturas, & præſumptiones antequam in permutatione Regula locum ſibi vindicare poſſit: cum inquam iſtud agnoſcant, & ille ipſe tuus conſobrinus negare non poſſit, ſequi neceſſariò in ea propoſitione per Gomeſium et Rebuffum tradita errorem ineſſe, & omnes iſtas argutias tui con-
pag. 79 ſobrini tanquam falſas, & ineptas, eſſe re-

jiciendas, aliam orditur cauillationem ex negatiua calumnioſa. *Falſum eſt*, inquit, *Interpretes in eo maximè laboraſſe, vt docerent fraudulentas permutationes regulæ diſpoſitioni ſubjacere, cum conſtet eos qui regulam admiſerunt de permutatione & ſimplici reſignatione paritęr cenſuiſſe, &c.* Quid igitur voluit Rebuffus in p. volumus in verbis *permutationis*, & *vacantia* in quibus tãto molimine coniecturas fraudum in permutatione collegit? Quid & ipſe Molinæus, qui de iiſdem cõiecturis tam accurate ſcripſit? Agnoui eorum interpretum propoſitionem, qui regulam contra Ordinarios cõſtituunt, generalem eſſe, & omnes reſignationum ſpecies comprehendere. ſed id quæſiui: cur ſi eam veram eſſe crederent, cur inquam fraudum coniecturas, & præſumptiones, in permutatione perquirendas eſſe tradiderunt? quòd ſine reſpõſione conſobrinus tuus dereliquit, niſi quòd, ineptè, et falſo ſomniauit eoſdem Interpretes, de fraudum coniecturis tractaſſe, vt Regulæ æquitatem demonſtrarent, aut ſi Regula deficeret per eaſdem coniecturas reſignationes expugnarent: quòd nulli eorum vnquam veniſſe in mentem potuit demonſtrare. Tã-

De perquiſitione fraudum per Interpretes.

dem fatetur, eoſdem interpretes in eo maxime laboraſſe, nempè vt docerent fraudulentas permutationes regulæ ſubjacere: ſed obtrudit neſcio quã de neceſſi-
pag. 80. tate conſequentiæ, nõ de veritate aut falſitate conſequentis differentiam, & alia neceſſariarum conſequentiarum ſomnia mixta cum iniuriis, quibus inutile eſſet reſpondere. Eamdem deinde rationem repetit, in eo ſcilicet interpretes elaboraſſe, vt regulæ æquitatem demonſtrarent, quæ tot fraudibus fraudumque occaſionibus viam intercludat. Quod quidem commẽtum ille denuo ſomniauit, quoniam de eo illi ipſi interpretes, nihil vmquam cogitarunt, & ne verbum quidem apud eos liceat reperire, ſi enim æquitatem illam ſolummodo demonſtrare voluiſſent, nihil erat facilius, quam rationes illius æquitatis proponere, quemadmodum illam nonnulli eorum propoſuerunt: non autem operam ludere in coniecturis fraudum perquirendis, ſi nihil ad Regulam pertinebant. *Sed tranſeat*, inquit, *reſignationes omnes in quibus nulla ſub eſt fraudis ſuſpitio, a regula liberas & immunes remanere, non tamen*
pag. 81. et 82. *propterea ſequitur quod probare volebat Buthillerius regulam in ordinario locum non ha-*

bere, atque ideo merito ab interpretum opinione deſciuiſſe? Quid iſtud tranſeat? anne vt vera ſit aut falſa iſthæc tranſitio? Equidem pro veriſſima retinenda eſt, quandoquidem nulla ratione illam Beotius potuerit impugnare. *Quin potius*, inquit, *conſtare* debuit in omnibus & ſingulis infirmorum reſignationibus, quæ de beneficiis affectis coram ordinario tranſiguntur, nullam ſubeſſe ſuſpitionem fraudis, quòd nemo ſanus dixerit, &c. At ego regulam omnino locum non habere contra ordinarios collatores præterquam in permutationibus fraudulentis, quòd in puris et ſimplicibus, nulla fraus quæ a regula dependeat committi poſſit, aſſerui, & huic meæ aſſertioni nihil tuus conſobrinus potuit reſpondere. *Sed poſtquam*, inquit, *condita Regula eſt, vt vim ſuam obtineat, ſtultum eſt de fraudibus diſputare, &c.* ſi verum dicit, magiſter Guillelme, ſequitur Gomeſium & Rebuffum, imo et ipſum Molinæum qui de fraudibus poſt regulam diſputant ſtultos fuiſſe. Quod de lege obſeruandum tradit verum eſt, ſed hoc loco inepte appoſitum, in quo non de legis obſeruatione, ſed vtrum lex contra ordinarios ſancita fuerit diſputamus. Vellem ſanè vt quòd

de derogatione ſcribit verum eſſet. *Niſi cum Papa*, inquit, *aut legatus regulæ derogat in præiudiciũ expectantium* : tum enim ad præſumptiones recurrendum eſt,&c. ſed remanent adeo firmæ iſtæ derogationes vt contra eas, quemadmodum vſus docet, nullæ fraudum probationes admittãtur. Et ſanè in eo reuerendus rector Academiæ, eiuſque Doctores & profeſſores, laborare debebant, vt clauſulæ illæ derogatoriæ omnino tollerentur, non autẽ ordinarios collatores benefactores ſuos inſectari. Cum hæc omnia quæ tibi fideliter trado, mi Couſine, oratione aliquatenus vehementi, & nihilominus humaniter dixiſſet, ſatis eſt inquit Magiſter Guillelme, cras ſi fieri poteſt cætera perficiemus. Re igitur in craſtinum diem reiecta diſceſſi. Poſtera die adueniente, cum ad eum rediiſſem, libellos eoſdem per vnum ex ſuis apportari commendauit, & cum ab eo loco commençaſſet, vbi ſcriptũ eſt axioma allegatum in ſua Animaduerſione. *Quod poſitio vnius eſt alterius excluſio*, & cum tuas allegationes ruminaſſet: Agnoſco, inquit, iſtud axioma, non falſum eſſe, vt tuus conſobrinus ſcripſit: ſed diuerſas limitationes recipere, nempè eam

quam gloſa allegat in l. cum Prætor D. de Iudic. à me allegata, in verbo videtur, niſi in prohibitis et permiſſis eadem ſit ratio ex l. Non poſſunt D. De legib. quod in ſimilibus ſimile ius dici debeat, in his quæ odium & fauorem habent, in conſequẽtibus, & in neceſſariis. Sed omnes illæ exceptiones nihil ad eam, de qua agimus, reſignationum tractationem pertinent, in qua neque de his quæ eandem rationem & fauorem, aut idem odium habent, neque de conſequentibus aut neceſſariis: ſed de his quæ cum ſint eiuſdem ſpeciei, imo ſub eadem quaſi regula, quod de vno negatur de alio conceditur: & quod de vno conceditur, de alio negatur, vt ait gloſa in cap. Qualis in verbo negatur, & ibi Præpoſitus 25. diſtinctione. Regulam quam dico ſcripta eſt his verbis. *Quodque ſimplices vel ex cauſſa* permutationis in menſibus, *graduatis ſimplicibus & nominatis affectis, vacantia eis non ſunt affecta nec debita, &c.* ſunt igitur duæ reſignationum ſpecies ſub iſtius verſiculi regula, nempè ſimplex, & illa quæ fit cauſſa permutationis, vt ſub priuilegio graduatorum non comprehendantur. Cum igitur iſtam ſcilicet permutationem tradant interpretes,

In p. volumus verſ. Quodque De Collat. ordina. in Concord.

ſub priuilegio graduatorum contineri ſi ſit fraudulenta:ſequitur illam eandem ſi fraus deſit, & aliam ſimplicem eidem priuilegio nullo modo ſubiacere. Idque etiã confirmatur ex alio iuris axiomate, quo dicimus, exceptione regulam confirmari, vt notat Alciatus. Cũ quæſiuerim in mea Animaduerſione, Quis vllius fraudis Ordinarios collatores, quod reſignationes illas admiſerint, condemnare poſſet? anne quòd iure canonico ex vulg. can. omnes Baſilicæ, collationes Epiſcopis ita ſint attributæ, vt nullus excepto ſummo Pontifice eas poſſit concedere? reſpondit tuus conſobrinus his verbis. *Quaſi neceſſe ſit*, inquit, *ei qui rei abuſum damnat rem ipſam improbare.* Sed nulla eſt de ſua damnatione quæſtio, id quæro vtrum abutantur ordinarij qui iure ſibi quæſito reſignationes admittunt. Sed ne in iſtius reſponſionis defectu tempus conſumam, ſatis eſt quòd declaret ſe poteſtatem Epiſcoporum non improbare. *Non debent*, inquit, *profanis cõmerciis ſacras manus polluere*, ſed quid iſtud ad noſtram quæſtionem? *Academici*, inquit, *precario apud ordinarios agunt, lege Regia & Pontificia res ſuas repetunt, &c.* At ordinarij nullas res poſſident quas ab illis A-

In cap. Quod ſedem. De Offic. Ordina.

pag. 83.

cademici poſſint repetere, nec vindicare. Id duntaxat agunt, vt libertatem ab omni æuo, & quaſi ab initio naſcentis Eccleſiæ, ſibi quæſitam conſeruare poſſint. Diſputat de ea quam ordinarij in conferendis beneficiis habent poteſtate, eamque illis à Rege, & ſummo Pontifice cōceſſam fuiſſe tradit. De ea re debet conſulere Richerium ſuum amicum: Mihi ſatis eſt docuiſſe illam ad eos pertinere, Patres in concilio Aurelianenſi congregatos ex quo deſumpſit Gratianus can. omnes Baſilicæ, declaraſſe, & me nunquam ab vllo audiuiſſe iura conferendorum beneficiorum collatoribus ordinariis à regibus fuiſſe attributa.

De Poteſtate conferendi Ordinariis quæſita.

At hi qui dederunt, inquit, *ea lege dederunt*, vt beneficia in menſibus deſtinatis vacantia ſolis Academicis conferrentur. Cedo vbinam iſta conditionalis donatio? per quem facta? quo tempore? obmuteſcet tuus conſobrinus. Si ordinarij collatores ab vllis beneficiorum conferendorum poteſtatē acceperunt, certum eſt, id factum fuiſſe ante Concilium iſtud Aurelianenſe, anno quingenteſimo ſeptimo ſub Clodoueo Rege celebratum: quo vt dixi eiuſdem Concilij Patres ad ordinarios eandem poteſtatem pertinere declararunt. Qua

Falſa Donatio, de poteſtate conferēdi propoſita à Beotio.

igitur ratione fieri poteſt quod dicit, iſtius poteſtatis donationem factam fuiſſe, ea conditione, vt beneficia conferre tenerentur Graduatis, de quibus nihil vnquam audiuerant, & multo minus de eorum priuilegio quod vt iam dixi longo poſt tempore a patribus Concilij Baſilienſis fuit conſtitutum? Imo vero quis non videt, falſam eſſe iſtam donationem, & falſam conditionem: ideoque firmam & inconcuſſam collatorum ordinariorum poteſtatem, & ab eodem graduatorum priuilegio immunem, eodem tempore quo nullis reſeruationibus, gratiis expectatiuis, & aliis huiuſmodi vſurpationibus opprimebantur? Præteriit ſilentio maiorem partem eorum quæ ſcripſi pag. 50. 51. & 52. meæ Animaduerſionis, & deinde exclamat. *Non licet*, inquit, *aliena iura* *pag. 84.* *inuadere, &c.* Curent igitur Academici ne iura Epiſcoporum, a quibus priuilegium acceperunt, nimia ambitione inuadant: licet enim Rex Carolus ſeptimus in Pragmatica, Leo decimus Papa, & Franciſcus primus Rex in Concordatis priuilegium graduatorum confirmarint: tamen certum eſt, illud primum ab Archiepiſcopis, Epiſcopis cæteriſque patribus qui erant

ordinarij collatores conceſſum illis fuiſſe. Hac peracta exclamatione, imponit mihi quod illi canonicatum, & præbēdam Rothomagenſis Eccleſiæ obtrectauerim: & iſtam obtrectationem mei mendacij indicem, & locupletem meæ impudentiæ teſtem aſſerit: eaque de cauſſa, & quòd aliter de eiuſdem canonicatus & præbendæ lite pro eo ipſo ſcripſerim, me calidum & frigidum ſpirare. Vide magiſter Guillelme, quanta ſit in iſta contra me accuſatione conſobrini tui impoſtura, & impudentia. Scripſi in mea Animaduerſione filium meum, ſecundo genitum, qui profeſſionem Eccleſiaſticam elegit, non emendicato magiſterij gradu, ſed per reſignationem auunculi ſui prioratus commendam, & omnium canonicorum Eccleſiæ Lucionenſis votis, Decanatum Eiuſdem Eccleſiæ ſibi abſenti legitima & canonica electione oblatum acceptaſſe, & ſubieci quæ de Archidiaconatu conſobrini tui in patulo Parlamenti auditorio accidiſſent, ſi in mea Animaduerſione vllum ſit verbum cōtra eam, quam de canonicatu, & præbenda obtinuit prouiſionem, imo ſi de ea ſcripſerim alia, quam quę ipſe in cenſura collegit, quibus illius cauſſam

Falſa Beotij exprobratio de ſua præbēda Rothomagenſ.

æquiſſimam fuiſſe docui, ego me ipſum tanquam mendacem, impudentem, & ſi quid peius dici poteſt, cōdemnabo. Quis igitur non videt illum obtrectationem iſtam, tanquam a me ſcriptam, mihi falſo impoſuiſſe, vt illius prætextu iſtas repetitas iniurias ex ſuo putido ore expueret? Quod autem de Archediaconatu mentiri
pag.85. me ſcribit, teſtes ſunt omnes qui cauſſam audiuerūt, & è ſinu in quo latebāt in publicū auditorium prodeuntes litteras regias inſpexerunt, me verum ſcripſiſſe, & illum ipſum impudenter mentiri, qui veritatē iſtam auſus ſit pernegare. Quid pernegare? imo etiam pernegando ſatis agnoſcit, qui non ſuam, ſed Regis eſſe iniuriam profitetur. Quaſi vero Rex Beotij pedantis falſitatem approbauerit. Multo impudentius iſtud, quod more gentis me Regem pulſare mentitur. Quid quæſo? Eone arrogantiæ et impudentiæ progreſſus eſt, in quod Magnus Archidiaconus nuncupetur, & iſta Magni appellatione, quicumque Beotium pulſauerit, Regem ipſum pulſaſſe videatur? ſed quid gens (Engoliſmenſis ſcilicet) ex qua natus ſum; quid, inquam, gens illa meruit, quo eam de more Regem pul-

ſare mentiatur? Gens inquam, ex qua natus eſt Franciſcus Magnus Rex quatuor Regum noſtrorũ pater & auus. gens quæ tot Regiæ ſtirpis Principes progenuit, & inter alios Diuum Iohannem Comitem Engolismenſem Franciſci Regis qui inter ſanctos relatus in Cathedrali Diui Petri Engolismenſis colitur, & quæ numquam à Regum noſtrorum deſciuit obedientia? vſquequo tandem ſua iſta iniuriandi & conuitiandi cupiditas progredietur? Me primum qui numquam eum læſeram, neque lædere cogitaueram innumeris iniuriis prouocauit. Omnes aduocatos tãquam hominibus moleſtos notauit, adeo vt ne quidem mortuis, quorum vnus fuit Franciæ Procancellarius, pepercerit: imo Girardum, meritiſſimum vt dixi aduocatum, cuius patrocinio Magnum Archidiaconatum Rothomagenſis Eccleſiæ obtinuerat, ab eorum quos notabat numero non exceperit. Ad extremum in gentem Engolismenſem Regum & Principum alumnã quæ nihil vnquam contra eum cogitauit tela ſuæ maledicentiæ conuertit. Quis tandem iſtos venenatæ ſuæ linguæ aculeos poterit euitare? Quis tot tantorumque conuiciorum

finis? Nullus vt arbitror: ideoque illi conuiciorũ victoria relinquenda eſt. *Iuris ne, inquit, imprudentia, an hominis impudentia maior palam fraudibus patrocinari, &c.* Quid reſponderem toties repetitis iniuriis? ſatis eſt me docuiſſe in mea Animaduerſione quantum ea quæ ſcripſi diſtent à fraudum patrocinio. *At iuris*, inquit, *regula hoc poſtremum de voluntate morientis & beneficium amplius retinere non valentis negat.* Sed vbi eſt iſthæc iuris regula? Eane quam ſcribit ex l. Qui poteſt D. de reg. iur. at nihil huiuſmodi in ea ſcriptum de voluntate morientis. Miræ ſunt certè iſtius hominis argutiæ, quibus attribuere conatur Iuriſconſultis, ea quæ in fatuo ſuo cerebro confingit, & de quibus illi numquam cogitarunt. *Quod quis*, inquit, *ſi velit, habere non poteſt, id repudiare non poteſt.* Quid' iſtud ad infirmi beneficiati reſignationem? Dicine poteſt beneficiatus habere non poſſe beneficium ſibi legitima collatione quæſitum, & ab eo pacifice poſſeſſum? Naturalis eſt ſanè regula, vt nemo repudiare poſſit quod habere non poteſt. Sed iſta naturalis eſt, & legibus confir-

pag. 86.

mata, vt rei quam poſſidet, & omni iuri ſibi quæſito vnuſquiſque renuntiare poſſit; eaque ratione beneficiatus, ſi ſuperiores permittant, ſuo beneficio renuntiare poſſe. *Nec pietatis*, inquit, *ſimulatione illam probabit de beneficiis ſacrilegam cum moribundis negotiationem, vt legitimis expectantibus illudatur.* At huic tam ſæpe à tuo conſobrino repetitæ obiectioni reſpondi, me omnem nundinationem, cæteraque huiuſmodi crimina, quæ ille fraudes appellat, non ſolum reprobanda, ſed etiam grauiter punienda ſemper exiſtimaſſe: quemadmodum etiam tradidi reſignationes iure concedente, liberè & ſponte in manibus ordinariorum factas, ſub illius nundinationis aliorumque criminum ſacrilegio nullo modo poſſe comprehendi. Quænam enim eſſet ordinariorum conditio, ſi eo ipſo, quod iuribus ſuis in admittendis reſignationibus vtuntur, tamquam ſacrilegi nundinatores, ſimoniaci, & confidentiarum auctores, ſententia Beotiana condemnarentur? *Dici non poteſt*, inquit, *pendere à voluntate noſtra quod aliter fieri non poteſt*, &c. At dependet à voluntate beneficiati reſignatio ſui beneficij, quæ libere fieri po-

cap. Admonet. De Renunt.

teſt, ſi vt dixi collator ordinarius, aut etiam ſummus Pontifex ordinariorum ordinarius eam velit admittere. *Non reddere*, inquit, *beneficium collatori tam eſt remotum à poteſtate infirmi, quam non mori, &c.* Imo iſtud falſiſſimum eſt: quoniam vt etiam dixi poteſt in manibus ſummi Pontificis fauore eius, quem voluerit, reſignare, non autem collatori reddere: & ſi collatorem ſolum reſpiciamus, vt ei beneficium reddere cogatur. Quid cauſſæ eſt, qua per reſignationem potius, quam per obitum reſtituere & relinquere prohibeatur? Poteſt reddere, aut non reddere, reſignare, aut non reſignare antequam moriatur: poteſt ab infirmitate qua ægrotat liberari, & diutius viuere: adeo vt ſaltem pro ea vice, neque per reſignationem, neque per obitum reddere cogi poſſit. Ad quid igitur iſta reddendi beneficij, aut moriendi neceſſitas per tuum conſobrinum contra Beneficiatos introducta? *Vt tum demum*, inquit, *dependeat ab infirmi voluntate non tradere beneficium ordinario, ſi ab eius voluntate dependeat è viuis non excedere.* Fateor ſanè non à beneficiati, ſed à Dei optimi Maximi voluntate dependere ſi è viuis excedere, ſiue inter viuos

debeat

debeat remanere: ſed iterum falſiſſimum eſſe dico quod ſcribit in eius beneficiati voluntate non eſſe beneficium non reddere ſcilicet collatori. Tum quoniam illud, vt iam reſpondi, fauore eius quem velit eligere in curia Romana reſignare poteſt, eaque reſignatione perfecta illud non reddere eidem collatori. Tum quoniam neceſſitas illa, qua impedire non poteſt quin reddat, ſiue eo quo infirmus eſt tempore, ſiue alio, ſiue per reſignationem, ſiue per obitum, libertatem reſignandi, & per reſignationem idem ſuum beneficium, eidem collatori reſtituendi nullo modo etiam poteſt impedire, vt facile ſit agnoſcere, iſtas omnes argutias, quas ex verbis nolle, velle, reddere, & non reddere componit, pueriles & fatuas eſſe, quas ego contemnere potius quam illis reſpondere debuiſſem. Eaſdem denuo repetit. *Itaque, inquit, ſi ab infirmi voluntate non dependet non reddere, neque ab eiuſdem voluntate dependet reddere, &c.* Cui ego iam reſpondi. Id vnum addam, ſi propoſitio veritate, quam tuus conſobrinus ignorat, niteretur, nempè à voluntate beneficiati infirmi non dependere, vt non reddat, quoniam (excepta reſigna-

tione in fauorem, quam vt dixi apud ſummum Pontificem poteſt conſentire,) id efficere non poteſt, quin eiuſdem beneficij collatio ſiue per reſignationem puram & ſimplicem, ſiue per obitum vacet, ad ordinarium redeat, falſiſſima tamen eſt concluſio, vt ab eius voluntate etiam non dependeat reddere: quoniam indubitati iuris eſt, vt etiam dixi, illum poſſe idem beneficium quotieſcunque voluerit, in manibus ordinarij collatoris reſignationem admittentis, pure & ſimpliciter reſignare, eaque via illi reddere, cuius reſtitutionem non poterat impedire. Silentio etiam præteriit maximam partẽ eorum, quæ ſcripta ſunt pag. quinquageſima quarta, quinquageſima quinta, quinquageſima ſexta, & quinquageſima ſeptima, meæ Animaduerſionis, & infantiæ notam mihi iniurioſè objicit, quòd dixerim in toto iure, nullam conſtitutionem poſſe reperiri, qua prohibitum ſit ægrotis beneficia quæ poſſident reſignare, & ea quæ ſcripſi Leguleiorum verba eſſe: ſed tandem iſtarum iniuriarum calumniam agnoſcit: cum enim ſcripſerim, regulam infirmo reſignationem permittere, eo ipſo, quòd non aliter illam irritam fieri velit,

pag. 87. Nulla conſtitutio qua probibitum ſit infirmis reſignare.

quam ſi intra viginti dies reſignans deceſſerit *Nos vero*, inquit, *non aliter prohibitum contendimus*, &c. Et nihilominus ea quæ ſequuntur addit de regula: *quæ certè*, inquit, *non intendit reſignationes permittere*. Quid iſtud quæſo regulam non prohibere reſignare, et regulã infirmo reſignationẽ non permittere? Quid inquã iſtud eſt, quã fatuitatem et ignorãtiã cõſobrini tui detegere? Cum ſcripſiſſet regulam de qua agitur diſertis verbis prohibitionem continere, & contra animaduertiſſem in verbis Regulæ nullam prohibitionem, nequidem prohibitionis vocabulum reperiri: imo eam reſignationes permittere, cenſuram ſuam, vt dixi, adhibuit. Regulam prohibere, regulam permittere, & eãdem non permittere: ſed tãdem omni effugio deſtitutus, magnam in me ineſſe audaciã exclamat, qui noluerim interpretes ex Interdictis prohibitoriis argumenta prohibitoria petere. His ego reſpondeo, me nunquam id voluiſſe, neque cogitaſſe, ſed ab illo tantum quæſiuiſſe, vbinam in textu regulæ ſit iſta quã dicit ineſſe diſertis verbis in textu regulæ prohibitio. Silet. Denuo cum ſcripſerim, prohibitionem illam falſam apparere ex his reſignationi-

pag. 88.

Regulam nihil de prohibitione cõtinere.

bus; quæ quotidie in Romana curia admittuntur, ſcribit me ſycophantari, cum ipſo iure nullæ ſint niſi, cum validæ derogatione admittantur. At ego nihil quæro de nullitate prouiſionum, de qua alio loco poterimus diſputare: Id vnum ago, ut mihi prohibitionem illam, quam ſcripſit diſertis verbis eſſe in regula, velit demonſtrare: vel eo maxime, quod ea, quæ diſertis verbis ineſſe aſſerimus, debent quaſi digito, non autem per ambages, & interpretationes demonſtrari. Silet denuo, niſi quòd ex me ipſo prohibitionis iſtius probationem ſe ſcribit accepiſſe. Quaſi vero diſerta illa vera quæ ſcribit in regula, aliũde, quam ex illius textu liceat inueſtigare.

pag. 89. Recitat ille clauſulam meæ Quæſtionis his verbis conceptam. *Atqui in toto iure, nullam conſtitutionem reperiemus, qua prohibitum ſit ægrotis, & ſenibus beneficia quæ poſſident reſignare, niſi quando id cenſentur agere, aut etiam re vera agunt, vt reſignando, quaſi teſtamento beneficiorum ſuorum ſucceſſionem inducant: & ſanctuarium domini reddant hæreditarium. Hoc caſu certe reſignationum fraudes perquirendæ ſunt*, &c. ex quibus verbis concludit, me per illam exceptionem niſi, &c. prohibitionem in ca-

ſu eiuſdem exceptionis agnouiſſe. Liceret mihi reſpondere exceptionem iſtam multum differre a propoſitione & aſſertione, qua prohibitionem, ſi vera eſſet, agnoſcere potuiſſem. Sed fateor ingenue errorem eſſe non a me, ſed ab eo qui meam Animaduerſionem tranſcripſit, aut a typographo cõmiſſum: cum enim his verbis integram clauſulam conſcripſiſſem: *Atqui in toto iure ciuili nullam conſtitutionem reperiemus qua prohibitum ſit ægrotis, & ſenibus beneficia, quæ poſſident reſignare: imo neque eorum reſignationes impugnare, &c.* obmiſſa fuerunt iſta poſtrema, *imo neque*, &c. qua obmiſſione tuus conſobrinus voluit cætera quæ ſequuntur, *Niſi quando id cenſentur agere, &c.* ad præcedentia referri debere: vt voluerim nullam prohitionem reſignandi ſancitam fuiſſe contra beneficiatos infirmos, niſi quando id agunt, vt quaſi teſtamento beneficiorum ſucceſſionem inducant. Hinc ille concludit, prohibitionem reſiguandi in regula contineri, me ipſum in iſta exceptione agnouiſſe. Quod ego nunquam cogitaui, & contra volui, nec aliter intelligi poteſt integra clauſula, vt reſignationes beneficiatorum impugnari non poſſent, niſi quando id ageret,

vt beneficiorum ſucceſſionem induceret. Iſtum errorem teſtantur extrema eiuſdẽ clauſulę verba, *hoc enim caſu certe reſignationum cauſſas eſſe perquirendas, &c.* quæ referri debent ad reſignationum impugnationem ex fraudum coniecturis, quemadmodum de permutatione diximus: non autem ad prohibitionem reſignandi, quæ ſine vlla coniecturarum fraudis perquiſitione reſignationum nullitatem induxiſſet. Sed eiuſdem erroris probatio maior etiam extat in pag. 26. & 27. meæ Quæſtionis: vbi ſequentem ſcripſi clauſulam, *ſi qua extaret lex aut conſtitutio, quæ beneficiatum infirmum in manibus collatoris ordinarij reſignare, & reſignationẽ admittere prohiberet: aut ſi fidem beneficiatus & collator graduato, aut alio expectanti dediſſent, ſe naturæ arbitrio ſeu fato futuram beneficij vacationem relicturos, &c.* Et paulo poſt eadem pagina 27. *ſed nulla legis prohibitione exiſtente & nulla fide data: quæ etiam alioquin ſi data fuiſſet, neſcio quid reprobæ & ſimoniacæ conuentionis, aut votum captandæ mortis contineret, nihil ſupereſt quo vllam fraudem commiſiſſe cenſeatur*, & denuo pag. 18. *Cum igitur nulla ſit (lex ſcilicet) quæ huiuſmodi*

reſignationes, & collationes prohibeat, impoſſibile eſt, vt fraus facta dicatur ab eo, qui libere, & nulla lege vetante reſignat, &c. ex quibus omnibus aperte cõſtat me nunquam illam prohibitionẽ agnouiſſe, & iſta quaſi per exceptionem ſcripta, *niſi quãdo, &c.* non ad prohibitionem, ſed ad impugnationem reſignationum referri debere. Fateor etiam ingenue, cum Animaduerſionem meam conficiebam, me iſtum errorẽ non agnouiſſe: quoniam nihil aliud voluens animo quam in ſuam animaduertere defenſionem, cum agnouiſſem impreſſorem continuam ſuæ defenſionis orationem maiuſculo, & ea quæ ex me recitat minutiori charactere impreſſiſſe, & cum pag. 13. etiam agnouiſſem initium clauſulæ meæ Quæſtionis in qua particulam *Niſi* ſuppreſſit, & verba iſta illam particulam immediate ſequentia *quando id cenſentur agere*, maiuſculo charactere etiam ſcripta reperiſſem, putaui, quemadmodum & de aliis eodem charactere impreſſis, tanquam ſua, & continuatione ſuæ orationis, non autem tanquam à me profecta adſcripſiſſe: ideoque nihil aliud perquiſiui, nec ſane perquiſiſſem niſi in iſta ſua cẽſura clauſulam integram minutiori charactere

tanquam meam impreſſam inueniſſem; ideoque primam meæ Quæſtionis compoſitionem conſului, in qua errorem agnoui. Quidquid ſit reſpondent iuriſconſulti ſemper veritati locũ ſuperfore. Prohibitionem illam ſemper denegaui, & ſi extet, quemadmodum illam in regula ineſſe aſſeruit, agnoſco lubens me illam immerito denegaſſe: ſin minus, ſe illam immerito, tanquam veram aſſeruiſſe debet confiteri. Cum reſpondiſſem in mea Animaduerſione, fraudum coniecturas veluti in permutatione, de qua antea tractauerã perquirendas eſſe. Reſpondit ille, *Quaſi* inquit, *diſparitas eorum quæ fraudem circunſtant fraudem excuſet, &c.* quid iſtud eſt denuo quod mihi imputas, quaſi ſcripſerim ea quæ fraudem circunſtant, eãdem fraudem excuſare? Nihil tam abſurdum ſcripſi neque mente concepi. Agnoui quod ille ipſe ſcripſit in ſua defenſione pag. 13. ſi cætera ſint paria, fraudes eſſe recipiendas: ſin diuerſa nequaquam: & rationem differẽtiæ inter reſignationes puras, & ſimplices, & eas quæ permutationis cauſſa fiunt adnotaui. Recitat textum in l. filiæ meæ D. ſolu. Matri, & me corruptiſſime illius hypotheſim ex Viuiano propoſuiſſe ſcribit:

pag. 70.

ſed qua parte fuerit iſta corruptio non explicat: vnde quilibet iſtius accuſationis calumniam poteſt deprehendere. Cum poſt illius legis textũ quæſiuiſſem, Quid ſimile cum regula de infirmis. *At hic*, inquit, *de regula non agebamus, ſed de fraudibus quatenus a iure communi prohibemur, &c.* pag. 91.
Et nihilominus illico de regula agi, ſatis expreſſe confitetur. *Hinc enim*, inquit, *orta præſens diſputatio, quod cum ille ſcripſerit, in toto iure nullam conſtitutionem reperiri, qua prohibitum ſit ægrotis beneficia quæ poſſident reſignare: ego contra reſpondi id regula iſta quæ conſtitutio Apoſtolicá eſt prohiberi, &c.* Hæc ſunt ipſiſſima illius verba. Cum igitur agnoſcat Quæſtionem eſſe de regula: quorſum negat de ea diſputationem eſſe? Repetit prohibitionem me aſſerere in ea meæ quæſtionis clauſula, quam denuo obtrudit, et cui ego iam reſpondi. pag. 92.
Tum, inquit, *ſubita aliqua tempeſtate ab inſtituta nauigatione depulſus, ad regulam de infirmis, reuertitur, eamque cum l. filiæ meæ confert, &c.* Quid aliud facerem, quam eam de regula nauigationem perſequi, quæ apud nos de eadem regula fuit conſtituta? Quæſtio mea eſt de regula, defenſio ſua de infirmis reſignantibus in ſcripta: mea

Animaduerſio ad eandem regulam. Cur igitur ab ea me ſcribit diuertiſſe? *Pōtifex & Rex*, inquit, *dederūt ordinario beneficiorū diſpoſitionem ea ſtipulatione, vt ſi beneficiarij ſtatis menſibus in poſſeſſione decederent, beneficia ad Academicos peruenirent*, ſed quid iſta ad regulam de qua agimus? objecit mihi quod ab inſtituta nauigatione depulſus ad regulam diuerterim, & quocūque vela ferrem, ſe ſequuturum promiſerat, licet objectio iſta etiā falſa eſſet. At ille polliciti immemor, Quæſtione de regula reiecta, ad fraudum coniecturas confugit. Sed quoniam ita vult, quæro ab eo vbinam gentium acceperit, illam de Pontifice, de Rege, & de ſtipulatione pro Academicis propoſitionem. Quantum ad Pontificem pertinet, omnes Catholici, eum militantis Eccleſiæ caput, & ſummam auctoritatem in omnes Prælatos de rebus eiuſdem Eccleſiæ poteſtatem habere confitentur. Sed falſum eſt Epiſcopos ab illo beneficiorum cōferēdorum poteſtatem accepiſſe: adeo vt licet cuncta per mundum, vt ait Gelaſius Papa ſacroſancta Romana Eccleſia fas de omnibus habeat iudicare, tamen nullus ſummorū Pōtificū donationis iſtius à tuo cōſobrino inuētæ auctoritatē vindicarit.

Beneficiorum collationē ordinario ſuo iure tributam et conſeruatam. pag. 93.

Falſam eſſe cum ſummo Pontifice et Rege ſtipulationem.

Quæſita fuit ordinariis conferendorum beneficiorum in vnaquaque dioceſi poteſtas : neque ab vllo quam à Deo Optimo Maximo , conceſſa ab ipſo ſtatim initio naſcẽtis Eccleſiæ , per concilium Aurelianenſe primum;circa annum,vt dixi;quingentiſſimum ſeptimum , tempore Regis Clodouei celebratum declarata , & per ſummos Pontifices confirmata. De Rege, iam dixi,me nunquam audiuiſſe illum poteſtatem conferendorum beneficiorum Epiſcopis conceſſiſſe , nec conceſſionis iſtius auctoritatem ſibi vnquam tribuiſſe. Nolim ego negare , quim per concordata Leo decimus Papa,& Franciſcus primus Rex inter ſe partiti fuerint Prælaturarum iſtius regni diſpoſitionem , eaque partitione cõuenerint , vt loco antiquarũ Electionum , quibus priuata fuit Eccleſia, Rex ad Prælaturas & Monaſteria electiua ſecũdum formam capituli, Quia propter, nominaret,& ſummus Pontifex nominatos inſtitueret , illiſque ſcilicet Nominatis eaſdem Prælaturas,& Monaſteria conferret. Sed quod ſibi auctoritatem conferendorum beneficiorum,quæ vocant collatiuorum, vniuſcuiuſque dioceſis,aut eorum quorum collationes ad Epiſcopos, & cæ-

teros collatores pertinent vſurparunt, nũquam memini me audiuiſſe: & ſanè non ſolum falſa, ſed improba eſt ſola iſtius vſurpationis cogitatio. De donatione & ſtipulatione, nulla per conſobrinum tuum probatio, & ſi verum amaret, agnouiſſet non a ſummo Pontifice & Rege: ſed à Prę̨latis collatoribus, vt etiam dixi, aliiſque patribus in concilio Baſilienſi congregatis, priuilegium graduatis cõceſſum fuiſſe, & illorum conceſſionem per Pragmaticam ſanctionem, & per eadem concordata apud nos fuiſſe confirmatam: non ea conditione aut ſtipulatione, qua illis ipſis qui concedebant poteſtas admittendarum reſignationum adimeretur: ſed ea lege expreſſa, vt nihil graduati, contra eaſdem reſignationes molirentur. *Neceſſitas,* inquit, *ex Molinæo conferendi Graduatis impoſita habet vim contractus:* Imo non ſolum contractus, ſed legis quæ ab omnibus obſeruari debet: ſcilicet in caſu, ſi vacent beneficia per obitum: extra quem illorum priuilegium extendi non poteſt. *Lex*, inquit, *declarat repudium nullum, &c.* id certè poſſum negare, quoniam de illius nullitate ne verbum quidem in textu legis: ſed ſi iſtud concedam tuo conſobrino, quid

L. filiæ meæ nihil ad regulã pertinere

inde colliget? nihil ſanè, niſi quod cum maritus repudio contra ſtipulatam ab eo promiſſionem commiſiſſet, pater qui dotem ſtipulatus fuerat, nonobſtante illo repudio, eandem ex illa ſtipulatione conſequetur? Quid hoc inquam ad regulam, quæ ex nulla promiſſione, aut ſtipulatione, ſed ex ſola infirmitate, & morte reſignantis, ſi intra viginti dies decedat, effectum ſortiri debet? *Regula*, inquit, *declarat reſignationem nullam, &c.* ſed regula de reſignatione per ordinarium admiſſa, vt ſæpè dixi, non loquitur, neque vnquam cogitauit. *Vtriuſque*, inquit, *nempè legis filiæ meæ & regulæ cauſſam, ait eſſe infirmitatem.* At iſtud falſum apparet, ex eo quod legis filiæ meæ diſpoſitio adeo dependet a ſtipulatione patris, vt ſi demas ſtipulationẽ, quãtumuis filia moriatur, nullo iure pater reſtitutionem dotis poteſt poſtulare. De affectione eiuſdem dotis & beneficij eadem ratio: dos vt patri reſtituatur per ſtipulationẽ affecta eſt: at vero beneficiũ in manib⁹ ordinarij reſignari debet, neq; per ſtipulationẽ quæ nulla eſt, et fingi vllo modo poteſt, neq; per Pragmaticã, & cõcordata, & nullominus per regulã effectum accepiſſe dici poteſt. Cum deficiat veritas

eius propoſitionis quam tuus cõſobrinus ſcripſit, & cum nulla ratione textum l. fi-
pag. 94. liæ meæ, cum regula de infirmis, & priuilegio maritare poſſet, reuertitur ad auctoritatem Molinæi & aliorum antiquorum interpretum. Quod ad Molinæum attinet, potiorem partem reticet illius loci quem allegat numero 97. qui ad ſequentem referri debet. Sic enim Molinæus incipit. *Vnde Melius*, inquit, *ſcripſit Philippus Decius conſ. 224. vbi ait: hanc regulam eſſe contra ius commune, & proinde non extendendam vltra terminos ſuos, &c.* Et cum aliquatenus Gomeſij auctoritatem reprobaſſet, hanc clauſulam addidit, *Hoc demum modo*, inquit, *hæc regula fauorabilis eſt iuriſque concurſum habet: non tamen id ſequitur, quod extendi debeat ad Ordinarium, quia eſſet, & verba mentem præpoſterare. Bene verum eſt, quod extendi poteſt & debet ad legatum, quia in eo eadem eſt ratio: idem etiam ſtilus legati, qui & cancellariæ Romanæ, & ſic in eodem neceſſitas eius regulæ: ſecus in ordinario, in quo non eadem, ſed diuerſa, imò oppoſita ratio eſt, &c.* Hæc ſi explicaſſet tuus conſobrinus, nulla opus fuiſſet Animaduerſione. Quantum autem ad alios antiquiores pertinet, agnoui quem-

Antiquiores Doctores nihil de graduatis.

admodum agnoſco, quoſdam eorum vſos fuiſſe argumento iſtius legis filiæ meæ, ex qua in fauorem expectantium fraudum coniecturas perquirendas docuerunt. Sed neminem illorum de graduatis & regula loquutum fuiſſe, tuus etiam conſobrinus debet confiteri: quoniam licet de expectantibus loquantur, & graduati ex eo quod beneficiorum vacationem expectent, inter illos nominari poſſint: tamen de illis nullo modo antiquiores interpretes loquutos fuiſſe, aut loqui potuiſſe docui, cum argumentum ab Imolanis fratribus ab eo traditum refutaui. Eadem dici poſſunt de Baldo, qui cum mortuus ſit anno milleſimo quadringenteſimo vigeſimo, vt vult Valentinus Foreſtanus ſeu vt vult Iohannes Ficardus anno milleſimo quadringenteſimo, inter expectantes comprehendere non potuit graduatos, quorum priuilegium longo poſt tempore conceſſum fuit à Patribus Concilij Baſilienſis finito anno 1442. vt iam dixi. Idem dici poteſt de, Oldrado qui vixit circa annum milleſimum tercenteſimum vigeſimum. Et quantum ad Boërium attinet, potuit ſanè de graduatis loqui, quoniam vixit tempore Ludouici

in lib. 3. hiſt. iur. ciuil. de vit. recent. Juriſconſultorum.

duodecimi Regis, quemadmodum in multis locis loquutus eſt, & illos ſub vocabulo expectantium potuit intelligere: ſed ex eo, quem citat, loco, ſatis colligere licet, illum ſub eodem expectantium vocabulo, graduatos non comprehendere: quoniam de illis & expectantibus ſeparatim loquitur; imò quæſtionem noſtram verbis ſatis expreſſis decidit: regulam ſcilicet in reſignationibus, quas ordinarij admittunt, nullum locum ſibi vendicare poſſe, quæ tuus conſobrinus maliciosè ſuppreſſit. Cum enim num. 33. mouiſſet quæſtionem, Vtrum legatus derogare poſſit regulis, concluſiſſétque illum poteſtatem habere derogandi, tandem aliam quæſtionem mouit num. 107. his verbis, *Sed hic cadit vnum maximum dubium: quia licet dictus reuerendus Dominus poßit dictæ regulæ*, ſi quis in infirmitate conſtitutus, &c. *& aliis regulis derogare, & hoc ſine dubio vt ſatis ſuprà dictum eſt, an hæc poßit in præiudicium Pragmaticæ ſanctionis, ac nominatorum & graduatorum Vniuerſitatum Regni Franciæ? Videtur quod non, &c.* Hęc ſunt verba quæſtionis ab illo propoſitæ, quæ tuus conſobrinus obmiſit, & rationem reddit his etiam verbis.

Sicut

ſicut non valet renuntiatio,&c. à quibus nẽpe a verbo *renuntio* incipiendo tuus conſobrinus cætera quæ ſequuntur in ſua cẽſura cõſcripſit,*ſed tandem num.*110 .iſta quæ ſequuntur adjeçit a tuo conſobrino ſuppreſſa.*In contrarium,*inquit, *videtur dicendum , quia beneficia permutata vel ſimpliciter reſignata,nõ cadunt ſub nominatione vel gradu:nec profecto faciunt turnum : textus eſt ad litteram in dicta Pragmatica. Tit.de collationibus verſiculo,Item quod omnia prædicta beneficia,&c.vbi congregatio Eccleſiæ Gallicanæ ordinauit,quod omnia beneficia per ordinarios conferenda quocumque modo vacauerint alias quam ex cauſſa permutationis vel ſimplicis raſignationis faciant turnum etiam ſi per viginti dies reſignantes non vixerint:cum Edictum ſit generale & generaliter intelligendum* l.3.p.*hæc verba de Negot. Geſtis:nec nos diſtingi er: debemus l. de precio* D.*de pub.act. etſit profecto prædicta regula , ſi quis in infirmitate, &c.nõ poteſt habere locũ in beneficiis ſimpliciter reſignatis vel permutationis cauſſa coram ipſo, & cum nihil de dicta regula dicatur,non erit opus derogatione,&c.* ex quibus verbis facilè colligere licet,illum in ea ſententia fuiſſe , vt regula de infirmis,in reſignationibus ſimplicibus locũ habere non

poſſet, quamuis de his quæ fiebant in manibus legati loquutus eſſe videatur: quoniam maior eſt ratio, vt ad eas quas ordinarij admittunt extendi non poſſit. Cum ab eo quæſiuiſſem, vtrum diceret graduatum beneficiato dediſſe beneficium, quẽadmodum pater filiæ dotem dederat, ea conditione, vt ſi in eiuſdem beneficij poſſeſſione decederet, ſibi graduato idem beneficium quemadmodum maritus patri docem reſtituere teneretur, reſpondit me illum pueriliter interrogaſſe: ſed ille contra iſtam, quam puerilem eſſe dicit interrogationem, nihil habuit quod reſponderet. Non enim, inquit, dicimus Academicum dediſſe, ſed Pontificem & Regem: at
pag. 97. ego docui donationem illam Pontificiam & Regem ab illo inuentam falſiſſimam eſſe. Cum agnouiſſem, nonnullos interpretes eiuſdem textus nempè l. filiæ meæ auctoritate vſos fuiſſe contra fraudulentas permutationes, ſed de reſignationibus puris, & ſimplicibus, quæ nullas fraudum coniecturas admittent, neminem illorum vmquam cogitaſſe, & ſi ex textu propoſitionem excerpere potuiſſet, qua fraudum coniecturas in pura, & ſimplici reſignatione recipiendas eſſe probaſſet, me iturum

pedibus in illius ſententiam, exclamat interpretes in cap. ſecundo de renunt. loquutos fuiſſe de reſignatione ſimplici, & malitioſe mutat eã quam de fraudibus in ſimplici reſignatione rejiciendis opinionẽ ſum ſequutus: nempè contra eã nullas fraudum coniecturas quæ ex regula dependent: ſed cęteras omnes, ſi quæ ſint, recipiendas eſſe. Id legerat in pagi. 29. & 30. meæ Animaduerſionis his verbis. *Illud etiam concedo: et omnes reſignationes fraudulentas nullas eſſe.* Imo vt facilius meam opinionem perciperet explicaui pág. 31. & 32. tres quas veras eſſe propoſitiones exiſtimabam. Prima qua aſſerui verbis generalibus, & indefinitis, regulam de infirmis non habere locum in ordinario Collatore ſiue de reſignatione pura, & ſimplici agatur, ſiue de permutatione: ſecundam qua diſputaui coniecturas, quæ ex regula colligi poſſunt, cõtra eaſdem puras & ſimplices reſignationes ad fraudis probationem recipiendas eſſe; & tertiam, qua primam limitaui, in permutationibus fraudulentis locum habere regulam, ſi cum illius diſpoſitione aliæ concurrant coniecturæ, quibus fraudis probatio inducatur: hæc adeo expreſſe expoſui, vt ad ea tan-

quam meæ diſputationis fundamẽta, omnia quę ſcriberem referrentur: & cum ſcriberem, nullas fraudum coniecturas contra reſignationes puras & ſimplices admitti debere, id de fraudibus quæ à regula dependent ſine vlla repetitione intelligi debere: idque etiam probant iſta verba, in eadem clauſula à me repetita, de reſignationibus puris & ſimplicibus, quæ nullas fraudum coniecturas admittunt. Et tuus cõſobrinus me de omnibus fraudũ, coniecturis loquutum fuiſſe ſuppoſuit. Sciat igitur me de iiſdem propoſitionibus, quidquid ſupponat nihil mutaſſe, & cum ſcripſerim, interpretes nullas fraudum coniecturas contra reſignationes admiſiſſe, licet contra permutationes fortè etiam ſine regula admiſerint, me de fraudibus quæ ex regula dependent intellexiſſe: Et nihilominus erronea eſt, & à noſtra Quæſtione prorſus aliena, quam ex cap. 2. De renunt. in ſexto, de ſimplici reſignatione proponit argumẽtatio: Quoniam in illa agimus de vacatione beneficij ab infirmo reſignati, vtrum per illius obitum vacare cenſeatur: in illo autem capite, vt iam in mea Animaduerſione expoſui, de vnius beneficij non reſignati vacatione; quod per alte-

pag. 85.

rius beneficij fraudulētam reſignationem factam ab eo, qui neque infirmus , neque mortuus erat,fraudator reſignans expectantem priuare moliebatur. *De illis loquimur,*inquit, *in quibus ob mortis viciniam & beneficij affectionē manifeſta eſt ſuſpitio fraudis.* Quaſi vero ſi regulam tollat ſola mortis vicinitas , & ſola ſpes beneficij per obitum conſequendi fraudum probationem inducat. Cum in meæ Animaduerſionis pag.59. *hanc quæ ſequitur clauſulam inſeruiſſem & breuiter id cupis, vt ſola ſpes vacationis per obitum ex Pragmatica, & Concordatis introducta fauore graduatorum, reſignandi prohibitionem , quemadmodum ex hoc textu promiſſio mariti per patrem ſtipulata diuortij prohibitionem inducat, &c.* Quid reſpondit tuus conſobrinus? Nihil & cum in duabus ſequentibus paginis aliam quaſi ſimilem adieciſſem , *Quid igitur in tam diuerſis cauſſarum figuris? Iſtam fortè generalem ex imaginaria rationis ſimilitudine deſumptam dices, vt earum rerum quæ per obitum aliorū ad nos peruenire debent, æterna ſit auctoritas, nec vlla diſpoſitione qualiſcumque ſit iiſdem priuari debeamus , quemadmodum in caſu iſtius legis reſtitutio dotis per diuortij miſſionem non potuit impediri, &c.* cum inquam, iſtam clau- *pag. 98. 99. et 100.*

ſulã adieciſſem, hæc eſt tui cõſobrini in ſua cenſura reſponſio. *Imo hoc*, inquit, *nec quæſiui nec volui*. Vnde igitur iſthæc reſignandi prohibitio? cum enim etiam ſcripſiſſem nullam in toto iure conſtitutionem reperiri, qua prohibitum eſſet ægrotis beneficia quæ poſſident reſignare, ille contrà aſſeruit regulam diſertis verbis prohibere. Cum denuò ſcripſiſſem nullam in verbis regulæ prohibitionem, ne quidem prohibitionis vocabulum reperiri, ille mihi infantiam, & leguleiorum ignorantiam obiecit, *leguliorum*, inquit pag. 87. ſuæ cenſuræ, *eſt verba legum captare, iuſque calumniari, non qua mente quidque dicatur animaduertere, &c.* Quid igitur? cum verba expreſſa non ſint in regula, eandem prohibitionẽ ex aliis non expreſſis verbis, per interpretationem colligere neceſſe eſt? & nihilominus idẽ ipſe interpretationem etiã denegabit. Id certè voluit probare tuus conſobrinus, ſed nunquam potuit. *At contra leges*, inquit, *nihil aggredi licet*. Id centies repetiit, & ego nunquam negaui, ſed eum qui reſignat, & collatorem qui reſignationem admittit contra leges aliquid aggredi pernegaui. Cum propoſuiſſem exemplũ filiorum & legitimorum hæredum qui pa-

Exemplum de parentũ ſucceſſionem.

rentum, aut propinquorum ſucceſſiones expectant, & nihilominus eorum diſpoſitiones impedire non poſſunt, dummodo parentes legitimam filiis relinquãt. agnoſcit tuus conſobrinus iſtud tùm verum eſſe, ſi omnia intra legem, & extra fraudem, ſed quam fraudem intelligat non potuit explicare. ego parentum & propinquorũ diſpoſitionem factam eo tempore quo cõſtat illos morituros, nulla conſideratione infirmitatis, aut obitus impugnari nõ poſſe propoſui: quid contra tuus Conſobrinus? Nihil. Exemplum ex Chaſſanæo citat ſatis obſcurè, quod apertius explicabo, de quodam qui cum videret ſuam vxorẽ ex qua nullos liberos habebat, morti proximam, dedit donatione inter viuos, ſuo proprio fratri omnia quę inter ſe & vxorem ex eorum ſocietate, ſeu collaboratione quæſita erant; nullo alio prætextu, quàm quod cum de huiuſmodi quæſitis per conſuetudinem Ducatus Burgundiæ teſtamento, aut alia vltima voluntate diſponere prohiberetur, liceret ei donatione inter viuos cuicumque voluiſſet donare, hancque donationem nullam eſſe Chaſſanæus tradit, quod deficeret omnis donandi cauſſa, niſi vt contra legem municipalem

tanquam meam impreſſam inueniſſem; ideoque primam meæ Quæſtionis compoſitionem conſului, in qua errorem agnoui. Quidquid ſit reſpondent iuriſconſulti ſemper veritati locũ ſuperfore. Prohibitionem illam ſemper denegaui, & ſi extet, quemadmodum illam in regula ineſſe aſſeruit, agnoſco lubens me illam immerito denegaſſe: ſin minus, ſe illam immerito, tanquam veram aſſeruiſſe debet confiteri. Cum reſpondiſſem in mea Animaduerſione, fraudum coniecturas veluti
pag. 70. in permutatione, de qua antea tractauerã perquirendas eſſe. Reſpondit ille, *Quaſi* inquit, *diſparitas eorum quæ fraudem circunſtant fraudem excuſet, &c.* quid iſtud eſt denuo quod mihi imputas, quaſi ſcripſerim ea quæ fraudem circunſtant, eãdem fraudem excuſare? Nihil tam abſurdum ſcripſi neque mente concepi. Agnoui quod ille ipſe ſcripſit in ſua defẽſione pag. 13. ſi cætera ſint paria, fraudes eſſe recipiendas: ſin diuerſa nequaquam: & rationem differẽtiæ inter reſignationes puras, & ſimplices, & eas quæ permutationis cauſſa fiunt adnotaui. Recitat textum in l. filiæ meæ D. ſolu. Matri, & me corruptiſſime illius hypotheſim ex Viuiano propoſuiſſe ſcribit:

ſed qua parte fuerit iſta corruptio non explicat: vnde quilibet iſtius accuſationis calumniam poteſt deprehendere. Cum poſt illius legis textũ quæſiuiſſem, Quid ſimile cum regula de infirmis. *At hic*, inquit, *de regula non agebamus, ſed de fraudibus quatenus a iure communi prohibentur, &c.* pag. 91. Et nihilominus illico de regula agi, ſatis expreſſe confitetur. *Hinc enim*, inquit, *orta præſens diſputatio, quod cum ille ſcripſerit, in toto iure nullam conſtitutionem reperiri, qua prohibitum ſit ægrotis beneficia quæ poſſident reſignare: ego contra reſpondi id regula iſta quæ conſtitutio Apoſtolica eſt prohiberi, &c.* Hæc ſunt ipſiſſima illius verba. Cum igitur agnoſcat Quæſtionem eſſe de regula: quorſum negat de ea diſputationem eſſe? Repetit prohibitionem me aſſerere in ea meæ quæſtionis clauſula, quam denuo obtrudit, et cui ego iam reſpondi. pag. 92. *Tum*, inquit, *ſubita aliqua tempeſtate ab inſtituta nauigatione depulſus, ad regulam de infirmis, reuertitur, eamque cum l. filiæ meæ confert, &c.* Quid aliud facerem, quam eam de regula nauigationem perſequi, quæ apud nos de eadem regula fuit conſtituta? Quæſtio mea eſt de regula, defenſio ſua de infirmis reſignantibus in ſcripta: mea

Animaduerſio ad eandem regulam. Cur igitur ab ea me ſcribit diuertiſſe? *Pōtifex & Rex*, inquit, *dederūt ordinario beneficiorū diſpoſitionem ea ſtipulatione, vt ſi beneficiarij ſtatis menſibus in poſſeſſione decederent, beneficia ad Academicos peruenirent*, ſed quid iſta ad regulam de qua agimus? objecit mihi quod ab inſtituta nauigatione depulſus ad regulam diuerterim, & quocūque vela ferrem, ſe ſequuturum promiſerat, licet objectio iſta etiā falſa eſſet. At ille polliciti immemor, Quæſtione de regula reiecta, ad fraudum coniecturas confugit. Sed quoniam ita vult, quæro ab eo vbinam gentium acceperit, illam de Pontifice, de Rege, & de ſtipulatione pro Academicis propoſitionem. Quantum ad Pontificem pertinet, omnes Catholici, eum militantis Eccleſiæ caput, & ſummam auctoritatem in omnes Prælatos de rebus eiuſdem Eccleſiæ poteſtatem habere confitentur. Sed falſum eſt Epiſcopos ab illo beneficiorum cōferēdorum poteſtatem accepiſſe: adeo vt licet cuncta per mundum, vt ait Gelaſius Papa ſacroſancta Romana Eccleſia fas de omnibus habeat iudicare, tamen nullus ſummorū Pōtificū donationis iſtius à tuo cōſobrino inuētæ auctoritatē vindicarit.

Beneficiorum collationē ordinario ſuo iure tributam et conſeruatam. pag. 93.

Falſam eſſe cum ſummo Pontifice et Rege ſtipulationem.

Quæſita fuit ordinariis conferendorum beneficiorum in vnaquaque dioceſi poteſtas : neque ab vllo quam à Deo Optimo Maximo , conceſſa ab ipſo ſtatim initio naſcẽtis Eccleſiæ , per concilium Aurelianenſe primum;circa annum,vt dixi;quingentiſſimum ſeptimum , tempore Regis Clodouei celebratum declarata , & per ſummos Pontifices confirmata.De Rege, iam dixi,me nunquam audiuiſſe illum poteſtatem conferendorum beneficiorum Epiſcopis conceſſiſſe , nec conceſſionis iſtius auctoritatem ſibi vnquam tribuiſſe. Nolim ego negare , quim per concordata Leo decimus Papa,& Franciſcus primus Rex inter ſe partiti fuerint Prælaturarum iſtius regni diſpoſitionem , eaque partitione cõuenerint , vt loco antiquarũ Electionum , quibus priuata fuit Eccleſia, Rex ad Prælaturas & Monaſteria electiua ſecũdum formam capituli, Quia propter, nominaret,& ſummus Pontifex nominatos inſtitueret , illiſque ſcilicet Nominatis eaſdem Prælaturas,& Monaſteria conferret.Sed quod ſibi auctoritatem conferendorum beneficiorum,quæ vocant collatiuorum,vniuſcuiuſque dioceſis,aut eorum quorum collationes ad Epiſcopos , & cæ-

teros collatores pertinent vſurparunt,nũquam memini me audiuiſſe : & ſanè non ſolum falſa , ſed improba eſt ſola iſtius vſurpationis cogitatio.De donatione & ſtipulatione , nulla per conſobrinum tuum probatio , & ſi verum amaret , agnouiſſet non a ſummo Pontifice & Rege : ſed à Prȩlatis collatoribus, vt etiam dixi, aliiſque patribus in concilio Baſilienſi congregatis,priuilegium graduatis cõceſſum fuiſſe, & illorum conceſſionem per Pragmaticam ſanctionem,& per eadem concordata apud nos fuiſſe confirmatam:non ea conditione aut ſtipulatione , qua illis ipſis qui concedebant poteſtas admittendarum reſignationum adimeretur:ſed ea lege expreſſa,vt nihil graduati,contra eaſdem reſignationes molirentur. *Neceſſitas*, inquit,*ex Molinæo conferendi Graduatis impoſita habet vim contractus*:Imo non ſolum contractus,ſed legis quæ ab omnibus obſeruari debet:ſcilicet in caſu , ſi vacent beneficia per obitum : extra quem illorum priuilegium extendi non poteſt. *Lex* , inquit,*declarat repudium nullum,&c.*id certè poſſum negare ,quoniam de illius nullitate ne verbum quidem in textu legis : ſed ſi iſtud concedam tuo conſobrino , quid

L.filiæ meæ nihil ad regulã pertinere

inde colliget? nihil ſanè, niſi quod cum maritus repudio contra ſtipulatam ab eo promiſſionem commiſiſſet, pater qui dotem ſtipulatus fuerat, nonobſtante illo repudio, eandem ex illa ſtipulatione conſequetur? Quid hoc inquam ad regulam, quæ ex nulla promiſſione, aut ſtipulatione, ſed ex ſola infirmitate, & morte reſignantis, ſi intra viginti dies decedat, effectum ſortiri debet? *Regula*, inquit, *declarat reſignationem nullam, &c.* ſed regula de reſignatione per ordinarium admiſſa, vt ſæpè dixi, non loquitur, neque vnquam cogitauit. *Vtriuſque*, inquit, *nempè legis filiæ meæ & regulæ cauſſam, ait eſſe infirmitatem.* At iſtud falſum apparet, ex eo quod legis filiæ meæ diſpoſitio adeo dependet a ſtipulatione patris, vt ſi demas ſtipulationẽ, quãtumuis filia moriatur, nullo iure pater reſtitutionem dotis poteſt poſtulare. De affectione eiuſdem dotis & beneficij eadem ratio: dos vt patri reſtituatur per ſtipulationẽ affecta eſt: at vero beneficiũ in manibꝰ ordinarij reſignari debet, neq; per ſtipulationẽ quæ nulla eſt, et fingi vllo modo poteſt, neq; per Pragmaticã, & cõcordata, & nullominus per regulã effectum accepiſſe dici poteſt. Cum deficiat veritas

eius propoſitionis quam tuus cõſobrinus ſcripſit, & cum nulla ratione textum l. filiæ meæ, cum regula de infirmis, & priuilegio maritare pöſſet, reuertitur ad auctoritatem Molinæi & aliorum antiquorum interpretum. Quod ad Molinæum attinet, potiorem partem reticet illius loci quem allegat numero 97. qui ad ſequentem referri debet. Sic enim Molinæus incipit. *Vnde Melius*, inquit, *ſcripſit Philippus Decius conſ. 224. Vbi ait: hanc regulam eſſe contra ius commune, & proinde non extendendam vltra terminos ſuos, &c.* Et cum aliquatenus Gomeſij auctoritatem reprobaſſet, hanc clauſulam addidit, *Hoc demum modo*, inquit, *hæc regula fauorabilis eſt iuriſque concurſum habet: non tamen id ſequitur, quod extendi debeat ad Ordinarium, quia eſſet, & verba mentem præpoſterare. Bene verum eſt, quod extendi poteſt & debet ad legatum, quia in eo eadem eſt ratio: idem etiam ſtilus legati, qui & cancellariæ Romanæ, & ſic in eodem neceſsitas eius regulæ: ſecus in ordinario, in quo non eadem, ſed diuerſa, imò oppoſita ratio eſt, &c.* Hæc ſi explicaſſet tuus conſobrinus, nulla opus fuiſſet Animaduerſione. Quantum autem ad alios antiquiores pertinet, agnoui quem-

pag. 94.

Antiquiores Doctores nihil de graduatis.

admodum agnoſco, quoſdam eorum vſos fuiſſe argumento iſtius legis filiæ meæ, ex qua in fauorem expectantium fraudum coniecturas perquirendas docuerunt. Sed neminem illorum de graduatis & regula loquutum fuiſſe, tuus etiam conſobrinus debet confiteri: quoniam licet de expectantibus loquantur, & graduati ex eo quod beneficiorum vacationem expectent, inter illos nominari poſſint: tamen de illis nullo modo antiquiores interpretes loquutos fuiſſe, aut loqui potuiſſe docui, cum argumentum ab Imolanis fratribus ab eo traditum refutaui. Eadem dici poſſunt de Baldo, qui cum mortuus ſit anno milleſimo quadringenteſimo vigeſimo, vt vult Valentinus Foreſtanus ſeu vt vult Iohannes Ficardus anno milleſimo quadringenteſimo, inter expectantes comprehendere non potuit graduatos, quorum priuilegium longo poſt tempore conceſſum fuit à Patribus Concilij Baſilienſis finito anno 1442. vt iam dixi. Idem dici poteſt de, Oldrado qui vixit circa annum milleſimum tercenteſimum vigeſimum. Et quantum ad Boërium attinet, potuit ſanè de graduatis loqui, quoniam vixit tempore Ludouici

in lib. 3. hiſt. iur. ciuil. de vit. recent. Juriſconſultorum.

duodecimi Regis, quemadmodum in multis locis loquutus eſt, & illos ſub vocabulo expectantium potuit intelligere: ſed ex eo, quem citat, loco, ſatis colligere licet, illum ſub eodem expectantium vocabulo, graduatos non comprehendere: quoniam de illis & expectantibus ſeparatim loquitur; imò quæſtionem noſtram verbis ſatis expreſſis decidit: regulam ſcilicet in reſignationibus, quas ordinarij admittunt, nullum locum ſibi vendicare poſſe, quæ tuus conſobrinus malicioſè ſuppreſſit. Cum enim num. 33. mouiſſet quæſtionem, Vtrum legatus derogare poſſit regulis, concluſiſſétque illum poteſtatem habere derogandi, tandem aliam quæſtionem mouit num. 107. his verbis, *Sed hic cadit vnum maximum dubium: quia licet dictus reuerendus Dominus poßit dictæ regulæ*, ſi quis in infirmitate conſtitutus, &c. *& aliis regulis derogare, & hoc ſine dubio vt ſatis ſuprà dictum eſt, an hæc poßit in præiudicium Pragmaticæ ſanctionis, ac nominatorum & graduatorum Vniuerſitatum Regni Franciæ? Videtur quod non, &c.* Hęc ſunt verba quæſtionis ab illo propoſitæ, quæ tuus conſobrinus obmiſit, & rationem reddit his etiam verbis.

Sicut

ſicut non valet renuntiatio,&c. à quibus nẽpe a verbo *renuntio* incipiendo tuus conſobrinus cætera quæ ſequuntur in ſua cẽſura cõſcripſit, *ſed tandem num.*110 .iſta quæ ſequuntur adjeçit a tuo conſobrino ſuppreſſa. *In contrarium,* inquit, *videtur dicendum , quia beneficia permutata vel ſimpliciter reſignata, nõ cadunt ſub nominatione vel gradu: nec profecto faciunt turnum : textus eſt ad litteram in dicta Pragmatica. Tit.de collationibus verſiculo, Item quod omnia prædicta beneficia,&c. vbi congregatio Eccleſiæ Gallicanæ ordinauit, quod omnia beneficia per ordinarios conferenda quocumque modo vacauerint alias quam ex cauſſa permutationis vel ſimplicis raſignationis faciant turnum etiam ſi per viginti dies reſignantes non vixerint: cum Edictum ſit generale & generaliter intelligendum* l.3.p.*hæc verba de Negot. Geſtis: nec nos diſtingier: debemus l. de precio D.de pub.act. et ſit profecto prædicta regula , ſi quis in infirmitate, &c. nõ poteſt habere locũ in beneficiis ſimpliciter reſignatis vel permutationis cauſſa coram ipſo, & cum nihil de dicta regula dicatur, non erit opus derogatione, &c.* ex quibus verbis facilè colligere licet, illum in ea ſententia fuiſſe , vt regula de infirmis, in reſignationibus ſimplicibus locũ habere non

poſſet,quamuis de his quæ fiebant in manibus legati loquutus eſſe videatur: quoniam maior eſt ratio, vt ad eas quas ordinarij admittunt extendi non poſſit. Cum ab eo quæſiuiſſem, vtrum diceret graduatum beneficiato dediſſe beneficium, quẽadmodum pater filiæ dotem dederat, ea conditione, vt ſi in eiuſdem beneficij poſſeſſione decederet, ſibi graduato idem beneficium quemadmodum maritus patri docem reſtituere teneretur, reſpondit me illum pueriliter interrogaſſe: ſed ille contra iſtam, quam puerilem eſſe dicit interrogationem, nihil habuit quod reſponderet. Non enim, inquit, dicimus Academicum dediſſe, ſed Pontificem & Regem: at ego docui donationem illam Pontificiam & Regem ab illo inuentam falſiſſimam eſſe. Cum agnouiſſem, nonnullos interpretes eiuſdem textus nempè l. filiæ meæ auctoritate vſos fuiſſe contra fraudulentas permutationes, ſed de reſignationibus puris, & ſimplicibus, quæ nullas fraudum coniecturas admittent, neminem illorum vmquam cogitaſſe, & ſi ex textu propoſitionem excerpere potuiſſet, qua fraudum coniecturas in pura, & ſimplici reſignatione recipiendas eſſe probaſſet, me iturum

pag. 97.

pedibus in illius ſententiam, exclamat interpretes in cap. ſecundo de renunt. loquutos fuiſſe de reſignatione ſimplici, & malitioſe mutat eá quam de fraudibus in ſimplici reſignatione rejiciendis opinionẽ ſum ſequutus: nempè contra eã nullas fraudum coniecturas quæ ex regula dependent: ſed cęteras omnes, ſi quæ ſint, recipiendas eſſe. Id legerat in pagi. 29. & 30. meæ Animaduerſionis his verbis. *Illud etiam concedo: et omnes reſignationes fraudulentas nullas eſſe.* Imo vt facilius meam opinionem perciperet explicaui pág. 31. & 32. tres quas veras eſſe propoſitiones exiſtimabam. Prima qua aſſerui verbis generalibus, & indefinitis, regulam de infirmis non habere locum in ordinario Collatore ſiue de reſignatione pura, & ſimplici agatur, ſiue de permutatione: ſecundam qua diſputaui coniecturas, quæ ex regula colligi poſſunt, cõtra eaſdem puras & ſimplices reſignationes ad fraudis probationem recipiendas eſſe; & tertiam, qua primam limitaui, in permutationibus fraudulentis locum habere regulam, ſi cum illius diſpoſitione aliæ concurrant coniecturæ, quibus fraudis probatio inducatur: hæc adeo expreſſe expoſui, vt ad ea tan-

quam meæ diſputationis fundamẽta, omnia quę ſcriberem referrentur:& cum ſcriberem , nullas fraudum coniecturas contra reſignationes puras & ſimplices admitti debere,id de fraudibus quæ à regula dependent ſine vlla repetitione intelligi debere : idque etiam probant iſta verba , in eadem clauſula à me repetita, de reſignationibus puris & ſimplicibus, quæ nullas fraudum coniecturas admittunt. Et tuus cõſobrinus me de omnibus fraudũ,coniecturis loquutum fuiſſe ſuppoſuit.Sciat igitur me de iiſdem propoſitionibus , quidquid ſupponat nihil mutaſſe, & cum ſcripſerim,interpretes nullas fraudum coniecturas contra reſignationes admiſiſſe,licet contra permutationes fortè etiam ſine regula admiſerint, me de fraudibus quæ ex regula dependent intellexiſſe:Et nihilominus erronea eſt, & à noſtra Quæſtione prorſus aliena,quam ex cap.2. De renunt. in ſexto, de ſimplici reſignatione proponit argumẽtatio : Quoniam in illa agimus de vacatione beneficij ab infirmo reſignati, vtrum per illius obitum vacare cenſeatur : in illo autem capite,vt iam in mea Animaduerſione expoſui, de vnius beneficij non reſignati vacatione;quod per alte-

pag.85.

rius beneficij fraudulẽtam reſignationem factam ab eo, qui neque infirmus, neque mortuus erat, fraudator reſignans expectantem priuare moliebatur. *De illis loquimur*, inquit, *in quibus ob mortis viciniam & beneficij affectionẽ manifeſta eſt ſuſpitio fraudis*. Quaſi vero ſi regulam tollat ſola mortis vicinitas, & ſola ſpes beneficij per obitum conſequendi fraudum probationem inducat. Cum in meæ Animaduerſionis pag. 59. *hanc quæ ſequitur clauſulam inſeruiſſem & breuiter id cupis, vt ſola ſpes vacationis per obitum ex Pragmatica, & Concordatis introducta fauore graduatorum, reſignandi prohibitionem, quemadmodum ex hoc textu promiſſio mariti per patrem ſtipulata diuortij prohibitionem inducat, &c.* Quid reſpondit tuus conſobrinus? Nihil & cum in duabus ſequentibus paginis aliam quaſi ſimilem adieciſſem, *Quid igitur in tam diuerſis cauſſarum figuris? Iſtam fortè generalem ex imaginaria rationis ſimilitudine deſumptam dices, vt earum rerum quæ per obitum aliorũ ad nos peruenire debent, æterna ſit auctoritas, nec vlla diſpoſitione qualiſcumque ſit iiſdem priuari debeamus, quemadmodum in caſu iſtius legis reſtitutio dotis per diuortij miſſionem non potuit impediri, &c.* cum inquam, iſtam clau-

pag. 98. 99. et 100.

rentum, aut propinquorum ſucceſſiones expectant, & nihilominus eorum diſpoſitiones impedire non poſſunt, dummodo parentes legitimam filiis relinquãt. agnoſcit tuus conſobrinus iſtud tùm verum eſſe, ſi omnia intra legem, & extra fraudem, ſed quam fraudem intelligat non potuit explicare. ego parentum & propinquorũ diſpoſitionem factam eo tempore quo cõſtat illos morituros, nulla conſideratione infirmitatis, aut obitus impugnari nõ poſſe propoſui: quid contra tuus Conſobrinus? Nihil. Exemplum ex Chaſſanæo citat ſatis obſcurè, quod apertius explicabo, de quodam qui cum videret ſuam vxorẽ ex qua nullos liberos habebat, morti proximam, dedit donatione inter viuos, ſuo proprio fratri omnia quę inter ſę & vxorem ex eorum ſocietate, ſeu collaboratione quæſita erant, nullo alio prætextu, quàm quod cum de huiuſmodi quæſitis per conſuetudinem Ducatus Burgundiæ teſtamento, aut alia vltima voluntate diſponere prohiberetur, liceret ei donatione inter viuos cuicumque voluiſſet donare, hanc donationem nullam eſſe Chaſſanæuis tradit, quod deficeret omnis donandi cauſſa, niſi vt contra legem municipalem

hæredes vxoris ab illius ſucceſſione repelleret, quod donatio quam fratri fecerat ſibi ipſi facta cenſeretur, & quod, cum vxor tempore eiuſdẽ donationis graui laboraret morbo, ex quo deceſſit, facile erat nõ ſolum conjicere, ſed tanquam plene probatum excipere, illam in fraudem hæredũ vxoris factam fuiſſe. Quid iſtud quæſo ad exemplum, quo propoſui expectationem filiorum & legitimorum hæredum nullo modo eorum quibus poſſunt ſuccedere diſpoſitionem impedire? Imo quid ſimile in iſto exemplo quod ad noſtram Quæſtionem pertineat? nihil penitus. Idem dicendum de alio quem tuus conſobrinus fingit exemplo. *Titium qui partem ſuorum bonorum donauerat, &c.* (iſta ſunt verba quibus vtitur in ſua cenſura) loquitur enim ibi Chaſſaneus non de Titio, vt dicit tuus conſobrinus, ſed de quodam qui donauerat duas partes & plus de ſuis bonis vni ex ſuis hæredibus, hæc etiã ſunt Chaſſanei verba in p 3. Tit. des ſucceſſio. in verbis, *des ordonnances de derniere volonté.* Sed adhuc cum per eandem Conſuetudinem nemo per teſtamentum, aut aliam vltimá voluntatem vni ex ſuis hæredibus plus quam alteri donare prohiberetur. Reſpõ-

dit Chaſſanæus inutilem & nullam prorſus eſſe donationem, eiuſque nullitatis rationes reddit, *quod in ea clauſulā inſeruerat, quod nolebat, quod teneretur prædicta bona cōferre cū aliis hæredibus, et illamet die qua fecit donationē, fecit teſtamētū in quo inſtituit donatariū cum aliis, approbādo, cōfirmando, ratificando dictam donationē iā per illum ea die factam.* Hæc ſunt etiam Chaſſanæi verba, ex quibus, & aliis argumentis in eodem verſiculo propoſitis iſtius donationis tanquā fraudulentæ, & contra prohibitionem cōſuetudinis factæ nullitatem inducit. Quæ omnia tuus conſobrinus ſuppreſſit. Quid denuò in illis quod ad noſtrā Quæſtionem pertineat? Nihil inquam: Et ſane pudor eſt. (Si quis extaret in oculis tui cōſobrini,) iſtas auctoritates falſò expreſſas, & omnino à noſtra quæſtione alienas obtrudere. Cum propoſuiſſem Deciſionem textus in l. Conſtitutionis nouæ capitulū, vt docerem, ea quæ pater filio donauit, ad eundem patrem reuerti debere, ſi ſine liberis filius deceſſiſſet, & ex eo induxiſſem, iſtius reuerſionis ſpem quæ patri optimo iure competit, diſpoſitionem rerum donatarum filio non interdixiſſe, aliquem ex triobolanis, aut ex mea ſchola id dictu-

rum ſcripſit? atqui hæc non a me, ſed ab omnibus deciſa in eandem legem, & in l. Quod ſcitis ſubſequenti non potuit denegare. De iniuria non contra me, ſed cõtra omnes Doctores qui in ea fuerunt ſẽtẽtia, quid dicerem? Quotidiana eſt iſthæc conſobrini tui eloquẽtia, quæ eò progreſſa eſt, vt nulla extet in iſta ſua cenſura pagina, quam iſtis conuiciis, quæ ſales vocat, non aſperſerit. Sed ad quid illa de filio familias, de quo ne verbum quidem in mea Animaduerſione? Textus in conſtitutionis nonæ capitulum, tam de filiis qui ſunt in poteſtate patris, quàm de emancipatis conſtituit. Si falſa exiſtimabat quæ ſcripſi ex iſto textu, ius ſcilicet reſeruationis patri quæſitum, alienandi & diſponendi facultatem filio nõ ademiſſe, debebat interponere teſtationem contrariæ ſuæ opinionis, & docere quid in eis falſum exiſtimaret. Nihil ille, niſi quod filius familias donare non poteſt, quod quam ineptum & abſurdum ſit, nemo eſt qui non videat. Poſt tantas abſurditates & ineptias concludit his verbis, *Vnde*, inquit, *manifeſto liquet quædam eſſe ſanis, & incolumibus conceſſa, quæ ſunt infirmis negata.* Sed quis vnquam iſtud negauit? Eane propoſitione

euincet regulam cõtra ordinarios extendi debere? Quid etiam leges municipales Pariſiorum, Normanorum, Dunenſium, & de illis decreta curiæ? Agimus de regula non de legibus Municipalibus quæ de illa nihil conſtituerunt. *Infirmitas*, inquit, *cum affectione ſeu dotis ſeu beneficij, morte ſequuta fraudem conuinicit.* At falſum eſt dotem affectam eſſe aliter quam per ſtipulationem inter patrem, & maritum filiæ interpoſitam, quæ nulla eſt inter beneficiatum, & graduatum: & ne diutius immorer in iſta toties repetita obiectione, tollat ille ſtipulationem, quantumuis repudium miſſum fuerit & perfectum, licet in infirmitate filiæ & eius ſubitanea morte, quid reſtabat, quo pater reſtitutionẽ dotis poſtulare poſſit? qua lege? qua conditione? obmuteſcet. Nulla eſt, neque eſſe poteſt in beneficiis ſtipulatis, nulla prohibitio reſignandi: quo iure igitur beneficium viuẽtis graduato ambitioſo affectum dici poteſt? Quid reſignationi beneficij commune cum dotis reſtitutione? ſcripſi in caſu l. filiæ meæ certam eſſe dotem, quam pater erat ſtipulatus, & contrà ex Pragmatica & Concordatis ſpem dubiam, beneficium expectatum, incertum graduatum, incer- *pag. 101.*

tum cui beneficiato ſuccedere debeat,& beneficiatum incertum quem debeat habere ſucceſſorem;certos eſſe filios patrum ſucceſſores,imò & cum eis quaſi vnam atque eandem perſonam exhibentes.Quid reſpondit tuus Conſobrinus? *Certi ſunt*,inquit,*beneficiati,certi collatores,certi Academici qui litteras certo tempore inſinuarunt,certi Pontifices, qui beneficia reſeruarunt, &c.* Idem potuiſſet dicere certos eſſe Garamãtes & Indos. Sed vbinam ſunt iſti certi graduati , qui certis graduatis ſuccedant ? Notum eſt filios patribus atque itidem fratres , agnatos , & cognatos, fratribus,agnatis , cognatis, qui omnes etiam certi ſunt ſuccedere : at quis beneficiato ſuccedat, vt illius beneficium obtinere poſſit incertiſſimum,incertius eidem beneficato quem in beneficio debeat habere ſucceſſorem.Qua fronte igitur cõſobrinus tuus auſus eſt certitudinem,quam imaginatur in collatoribus , beneficiatis & graduatis , ſeu potius veram incertitudinem conferre cum legitima & certiſſima filiorum,fratrum , aliorumque agnatorum & cognatorũ ſucceſſione?imò quis non videt iſtam reſponſionem tui

pag. 101. conſobrini, manifeſtam eſſe tergiuerſa-

tionem? Dicit ſe agnouiſſe licitum eſſe beneficiatis quouis menſe reſignare, dũmodo addam ſi reſignans non ſit in infirmitate, nec fraus fiat expectanti. De fraude & centies ab eo repetita clauſula egò nũquam negaui, dummodo regulam reiiciat: ſed quod de infirmitate ſcribit, falſiſſimum apparet ex eo quod infirmitas eius qui reſignat in manibus Papæ effectum reſignationis non poſſit impedire, ſi Papa illam admittere voluerit & conferre cum derogatione regulæ, & quod ſi reſignans infirmus poſt viginti dies decedat, remanet firma, nec vllo modo reuocari poteſt reſignatio, quæ tamen nulla eſſet ſi reſignandi poteſtas illi fuiſſet prohibita: Cum ſcripſerim in ſimplicibus reſignationibus nihil prodeſſe ad fraudis probationem, quod reſignans eſſet infirmus & morti proximus, adfert ille auctoritatem Molinæi cuius argumentis tam ſæpe reſpondi in mea quæſtione, & in Animaduerſione, vt nulla ſit opus repetitione, & nihilominus ſi concedat tuus conſobrinus ea quæ ſcripſit Molinæus vera eſſe, nempe vt tribus fraudum coniecturis concurrentibus, nulla ſit reſignatio à beneficiato facta, ſequitur neceſſa-

riò ea falſa eſſe quæ tam ſæpe repetiit, ex ſola infirmitatis & mortis beneficiati ratione reſignationem annullari. Cum deinde ſcripſerim Pontificem maximum Patres in duobus Conciliis congregatos & Regem ipſum reſignationes in manibus ordinariorum etiam in menſibus affectis admiſſas, à priuilegio graduatorum excepiſſe, recaneat eandem, vt dicunt in communi prouerbio, cantilenam, *dummodo non ſint fraudulentæ*, vt cum fraudem aliam probare non poſſit, quàm ex beneficiati reſignantis infirmitate, & morte, omnes fraudulentas eſſe dicat: concedo, vt lector iudicet ſi in fraudum patrocinium incumbam ex eo quod ſcripſerim puras & ſimplices reſignationes quæ à ſola beneficiati & collatoris ordinarij voluntate dependent, fraudulentas dici non poſſe, vel eo maxime quod earum admittendarum quemadmodum & beneficiorum conferendorum poteſtas ab ipſo ſtatim initio naſcentis Eccleſiæ Epiſcopis quæſita fuerit, neque vmquam abrogata. Hæc cum acheuaſſet dixit te impoſturas tuas ordinarias ſequendo, de-
pag. 104. nuò imponere contra ea quæ ſcripſit de
et 105. diuerſa Molinæi opinione: quoniam li-

tet poſt ea quæ ſcripſit de regula adiecerit fraudum coniecturas ab eo expreſſas à iure communi dependere, tamen in eiſdem regulæ diſpoſitionem inſeruit ſi reſignans intra viginti dies mortuus fuerit. Et cõtinuando imponit tuus cõſobrinus inquit quaſi ex reſignantis infirmitate & morte fraudum coniecturas contra ſimplices reſignationes admittendas ſcripſerim. *Et qui nunc*, inquit, *ex infirmitate reſignantis nullam iure communi coniecturam peti poſſe ambitioſe aſſerit dudum l. filiæ meæ 67. ſuæ quæſtionis contrariũ vehementer contendit, &c.* Sed malitioſe conticet ea, quæ ſequuntur in eadem pagina, *ſi vero permutationes fiant de beneficiis inæqualibus, & extent aliæ fraudum coniecturæ, ego arbitror ſecundum omnium ferè doctorum opiniones ſi reſignantes intra viginti dies moriantur locum regulæ ſuperfore*: Cur igitur quæ ſcripſi de permutatione dumtaxat, ad reſignationes ſimplices conatur detorquere? *Nec excuſat*, inquit, *quod in ſua quæſtione de permutatione loquitur, quandoquidem Molinæus non tantum ſimplicis reſignationis, ſed etiam fraudulentæ permutationis coniecturas proponit.* Sed qua mihi opus eſt excuſatione qui diſceſſerim à Molinæi opinione, &

pag. 106

pag. 107.

diſceſſionis meæ reddidi rationes, quibus conſobrinus tuus non potuit reſpondere? *Si vt Buthillerius*, inquit, *in animaduerſione contendit nulla coniectura aut ex infirmitate peti poteſt, aut ex conſanguinitate, falſum eſt in permutatione peti poſſe, qui enim totum ſimpliciter excludit, nullum partibus locum reliquit, &c.* Hoc certè verum eſſet ſi totum dixiſſem aut generaliter & indefinite ſcripſiſſē. Sed debebat agnoſcere, aut me totum non dixiſſe, aut ab illo toto ſi velit permutationis cauſſa factas reſignationes excepiſſe. Repetit denuò argumentum l. filiæ meæ, cui ego tam ſæpe reſpondi.

pag. 108.

Allegat iterum quarumdam prouinciarum iſtius regni leges municipales, quæ nihil de regula loquitur. Et ſi tres aut quatuor extent conſuetudines, quæ tempore mortis factas donationes inter viuos quaſi teſtamentarias reprobant, cæteræ ferè omnes eaſdem permittunt nempe quod ex ratione l. vbi adhuc D. de donat. Si qui donationes iſtas moribundi conficiunt magis morientes quàm mortis cauſſa donaſſe videantur. Allegat auctoritatem Gulielmi Benedicti, vt probet eos qui teſtantur nihil contra aliorum præiudicium, in ſuis teſtamentis poſ-

in c. Rainutius inverbis, in extremis poſitus, *de teſtam.*

ſe

ſe conficere, quod etiam nihil ad noſtram regulam. Sed ſuppreſſit ea quæ ſequuntur quibus voluit ille doctiſſimus interpres regulá non pro graduatis ſed fauore ordinariorum factam fuiſſe. *Sicut renuntiatio beneficij*, inquit, *facta per infirmum non valet tamquam facta in præiudicium ordinarij collatoris, niſi reſignans viuat per viginti dies, ſi quis in infirmitate, &c.* Citat deinde Imolanos fratres Doctores quibus ego etiam iterum atque iterum reſpondi. *Non igitur*, inquit, *vt Buthillerius ſomniat, regula coniecturam fraudis introduxit.* At ego id numquam dixi. Id ſolum egi, ſi regulam excluderet, me non impedire quin alias omnes fraudum coniecturas, ſi quæ ſint contra ſimplices & puras reſignationes colligat. Impugnat opinionem Decij ex Molinæo, ſed licet contra Officiariorum Romanæ Curiæ abuſus neceſſaria ad fraudes aliquatenus cuitandas regula, ſancita eſse videretur, tamen re vera contra ius quod ante illam obſeruabatur conſtituta fuit. Quæ ſcripſi de fauore teſtamentorum nolim intelligi de beneficiorum reſignatione quæ ſuis iuribus & regulis continetur, ſed ideo ſcripſi vt probarem morientium vo-

pag. 109

luntates in rerum profanarum diſpoſitione nũquam fuiſſe prohibitas, imò ab omnibus, paucis exceptis, approbatas: quod ego ſi de ea re inter nos ageretur, innumeris rationibus atque auctoritatibus poſſem confirmare, quibus reſpondere conſobrino tuo impoſſibile eſſet, qui l.1. C. De Sacroſ. Eccleſ. à me citatæ non potuerit ſatisfacere. De ſecunda quam Molinæus ſcripſit fraudum coniectura, accuſat me de ea ita agere quaſi ordinarius non poſſit cum reſignante, paciſci, quod falſum eſt, ſcio enim nonnullos eſſe qui conceſſa ſibi conferendorum beneficiorum, ſiue per reſignationes, quæ paucæ ſunt, ſiue per obitum poteſtate abutuntur, ſed res omnes quæ legibus non ſunt prohibitæ, in meliorem potius, quàm in deteriorem partem accipiẽdas ſemper exiſtimaui. Scio etiam non ſanguini, ſed probatæ vitę hominibus beneficia eſſe conferenda: & ſi ſecus faciant ordinarij, grauiter in Deum atque homines peccant, & quemadmodum dixi, à ſuperioribus ſunt coercendi: ſed cũ iis, vt ſæpè etiam dixi ab initio quaſi naſcentis Eccleſiæ fuerit hæc poteſtas attributa, quæ fraudis accuſatio proponi po-

teſt, contra bene ficiatos qui beneficia ſua in manibus eorum reponunt, & in ſuo arbitro plenam illorum diſponendi libertatem derelinqunt? De tertia fraudis præſũptione à Molinæo tradita cum ſcripſiſſem ſola beneficia vacantia affecta eſſe graduatis, & expreſsè ab illa affectatione vel affectione, quæ ex priuilegio illis conceſſo dependet, exceptas fuiſſe reſignationes tam puras & ſimplices, quam èas quæ permutationes continent, *hoc, inquit, falſum oſtẽdit Buthillerius, cum, addit propter rationum diuerſitatem contra eaſdem permutationes recipiantur, &c.* Quaſi verò exceptio quam in permutatione cõſtitui generalem propoſitionem deſtruere & reuocare poſſit? Quæ ſcripſi de beneficiorum affectatione pro Academicis eadem ferè ſunt Pragmaticæ & Concordatorum verba, quibus generaliter & verbis indefinitis à priuilegio graduatorum exceptæ ſunt reſignationes puræ, & ſimplices, nec non cauſſa permutationis factæ in manibus ordinariorum, & quæ de permutatione ſcripſi, vt ſi fraudulenta appareret, in ea exceptione non comprehenderetur, ea ex interpretibus accepi : ſi quis in eis eſſet error, illum tuus conſobrinus notare debuerat, non *pag. 113.*

autem contratietatem quæ nulla eſt, nec eſſe nullo modo poteſt ſomniare. *Buthillerius, argumentum torquet quaſi eos à iure communi penitus excluſerit, & eis non modo menſium, ſed & beneficiorum interdixerit, &c.* Vtrũque falſum eſt: ego enim agnoui, imò aſſerui Academicis affecta eſſe beneficia quæ vacant in menſibus reſeruatis per verum, & naturalem, et non per fictum obitum ex vi regulæ, quoties admiſſæ reſignationes ſiue in curia ab infirmis qui ex eadem infirmitate moriuntur factæ, ſiue in eadem Curia cum clauſula derogatoria de beneficiis ad diſpoſitionem Reuerendiſſimorum et Illuſtriſſimorum Cardinalium ſpectantibus, ſiue per reſignationes cauſſa permutationis quæ in manibus ordinariorum fiunt & fraudulentæ reperiuntur: & denique eis per me licitum eſt, omnes fraudum coniecturas, contra puras & ſimplices reſignationes in manibus eorumdẽ ordinariorum factas, dum modo regulam ab eis excludant, excitare. Illud ne eſt Academicos a regula excludere; & ex regulæ excluſione contra eos iuris communis exilium cõminiſci? Quid denuò impudentius, cum recitauerim quoſdam auctores à Molinęo

Quid cõceſſum Graduatis.

citatos,quibus probare nitebatur regulariter ad fraudem probandam tres ſufficere coniecturas, inter quos erat Conradus Sommenhartim & ſcripſiſſem ſi quis eorũ locos inſpexiſſet,inuenturum eos omnes de contractibus, aut conuentionibus quæ ab ipſo ſtatim initio illegitimæ, & legibus erant prohibitæ loquutos fuiſſe. *Diuinat*, inquit, *Buthillerius,nam ne titulum quidem librorum legiſſe certum eſt , & ex vitioſa nominum recenſione apparet.* Et ſtatim addit Typographum in Editione commentariorum Molinæi erraſſe loco veri cognominis *Summerhart*, erroneum ſummẽhartin edidiſſe, & me cum ignorarem verum auctoris cognomen eundem errorem ſequutũ fuiſſe. De titulo libri ſi ignoraſſem potuiſſem illum à Molinæo citatum ediſcere: & quantum ad cognomen auctoris, ſequutus ſum illud quod edidit ipſe Molinæus, nec ſi vllus interueniſſet error à Typographo perquiſiui,quemadmodum ſi quis Aulum Gellium pro Agellio ſcripſiſſet,non inquiſiuiſſem, ſed de auctore nota ſunt illius opera, de quibus tuus forte conſobrinus nihil vmquam ſciuerat,niſi à quodam ex Academiæ profeſſoribus Phyſicam docẽtibus illum qui de Phyſica pag. 114.

Egregia ſane magni Archidiaconi cenſura; niſi quod tanta tumet arrogantia, vt cũ Aquilæ verbo ſuppreſſo, ſcripſit ſe nõ captare muſcas, talem ſe inter nos vult exhibere qualis eſt Aquila inter volucres ex antiquo adagio Αετὸς ὀθηρέυει τὰς μύιας aquila non aucupatur muſcas. O ſuperbum & arrogantem pedantem; ſed videamus quid ad ea quæ ſcripſi reſponderit, *ſiue in progreſſu*, inquit, *ſiue eo ipſo initio, contractus fuerit illegitimus, nihil intereſt dum conſtet ad fraudem detegendam ſatis eſſe ſi tres coniecturæ adhibeantur, &c.* Quid ſi legitimus fuerit, nec vlla lege, conſtitutione, aut regula prohibitus, etiamne contra illum fraudũ cõiecturas admittet? Conticuit. Neque enim reſpondere poterat. Cum citaſſem exemplum emptionis & venditionis ex Cœpola quaſi licitum, & permiſſum, niſi ſub eo lateret vſuræ exercendæ cupiditas,
pag. 115. *ſimiliter*, inquit, *& nos proponimus reſignationem iure licitam & permiſſam ſi nihil aliud quam puram & ſimplicem contineat, &c.* At ſi reſignatio, vt tandem cõfitetur, permiſſa eſt, nec prohibita, quid tanta cum animi contentione prohibitam eſſe contestatur? Dixi contractum emptionis, & vẽditionis, ex tribus coniecturis probari v-

ſurarium & pignoratitium, ideoque nullum, quoniam vſura eſt prohibita, & quod ab ipſo ſtatim initio emptor ſub prætextu emptionis, & liciti cõtractus, vſuram prohibitam exercere meditabatur, ideoque illo vſuræ exercitio probato per coniecturas, iure eundem contractum tanquam vſurarium cõdamnari: *Et Molinæus*, inquit, *huiuſmodi reſignationem tribus fraudum coniecturis expugnari poſſe defendit, & probari fraudulentam, ſimulatam, fiduciariam, ſimoniacam, &c.* ſi Molinæus de fiducia, & ſimonia in ſuis contra reſignationes puras & ſimplices fraudum coniecturis loquutus fuiſſet, darem manus: Quemadmodũ enim vſura prohibita, omnes contractus aliique actus quibus homines illam tamquam velo adumbrare, & tegere moliuntur, meritò ſunt rejiciendi & condamnandi: ſic cum ſimonia & fiducia ſint prohibitæ, ideoque etiam omnes reſignationes, & conuentiones, cæteraque omnia, quibus fiduciarij, & ſimoniaci in eis exercendis vtuntur, tanquam prohibita condamnari debent; At Molinæus nihil de huiuſmodi Eccleſiaſticis criminibus inter fraudum coniecturas loquutus eſt: neque de illis noſtra eſt diſputatio; Id ſolum perqui-

rimus ſi ex eo quod beneficiatus infirmus reſignauit,& intra viginti dies mortuus eſt,ex vi regulæ,ſeu ex iure cõmuni fraus commiſſa,& beneficium reſignatum, per obitum reſignantis vacare cenſeatur:longè enim diuerſum eſſe docui,& argumentis confirmaui,reſignare purè, & ſimpliciter ſine vlla pactione,& conuentione,aut vt fiduciã & ſimoniam exerceamus, prætextum legitimæ reſignationis perquirere,& mutuari,quemadmodum hi qui vſuram exercent pallium legitimæ emptionis & venditionis induere cõſueuerunt. Quibus argumentis cum tuus conſobrinus reſpondere non poſſet, ea ſenis dormientis oſcitationes appellauit; Et ego iſtam ſine reſponſione præteritionem,& cætera quę in iſta cenſura,quemadmodum in ſua defenſione iniurioſe ſcripſit, non ſenis dormientis, (neque enim eum qui mihi denuò ſenium improperat Deus fortè ad eã qua viuo ſenectutem peruenire patietur) ſed pedantis inſanientis fatuitates & deliria iuſtè nuncupare poſſum. *Mirum*, inquit,*mihi viſum eſt,quod cùm Buthillerius in reſignatione,coram ordinario, ſimoniam committi poſſe vltrò fateatur, fraudem fieri poſſe neget,&c.* Et ego multò magis miror mo-

pag.116. 117.118. et 119.

rionis iſtius impoſturam,qui me negaſſe imponit fraudum coniecturas contra puras & ſimplices reſignationes recipiendas eſſe:ſcripſi enim generaliter,& indefinitè, exceptis his quæ à regula dependent, admittendas eſſe, ſic enim ſcriptum in meæ Animaduerſionis pag. 25. *ſi iſtud voluiſti Behoti concedo ſane omnes fraudulentas nullas eſſe,illiſque reiectis,beneficia vacare per obitũ, dummodo in fraudis probatione, non autem in regula fraudem conſtituas,&c.*& denuò pag. 29.*Illud etiam cõcedo:imò,& omnes reſignationes fraudulentas nullas eſſe,dummodo fraudum probationes aliter quàm ex regula conſtituas,&c.*Et de ſimonia repetam clauſulam in meæ Animaduerſionis pag.51.ſcriptam his verbis,*ſi qui ſũt inter ordinarios, (& forte plures ſunt quam oporteret) qui ſordidam illam beneficiorum nundinationem exercent, eã ſane exercere cenſendi ſunt non ſolum in reſignationibus admittendis, ſed multò magis in vacantibus per obitum beneficiis,in quibus nulla expectata reſignantis voluntate, plena ab eis dependet diſpoſitio,eos ſanè ſeueriſſime puniendos exiſtimo,&c.*& denuò pag. 53.*ſi qui ſunt,*inquam , *Prælati collatores qui ſuis propriis beneficiis,iis ſcilicet quorum collationes obtinuerunt,abutantur, & per ſimoniam,con-*

fidentiam, aut aliam quamuis nundinationis ſpeciem conferant beneficia, quæ ab eorum collatione dependent, id vero ſuperiores & ſummi Pontifices curare debent, vt huiuſmodi monſtra, quæ ſanctitatem Eccleſiæ deturpant, diginis pœnis plectantur, & omnino ſi contumaciter perſeuerent ab eadem Eccleſia deijciãtur, &c. Cum igitur contra reſignationes puras, & ſimplices, & in iis maximè quæ ſimoniæ arguuntur, ſcripſerim accuſationi locum eſſe, dummodo regulam ab ea rejiciant: imo & collatores, qui ea beneficiorum nũdinatione vtuntur grauiter puniẽdos, cur me idipſum negaſſe calumniatur? *Tùm vehementer*, inquit, *angitur quo modo reſignatio quæ adueniente reſignantis morte in menſe affecto, fraudulenta iudicatur, ſi reſignans conualuerit, nullius fraudis accuſationi ſubiaceat, &c.* Imò verò iſtud numquam cogitaui: ſed id volui euincere, quod veriſſimum eſt, & cui reſpondere etiam tuus conſobrinus non potuit, reſignationem in manibus ordinarij fieri, numquam fuiſſe prohibitum, eamque nullam dici non poſſe, quæ, ſi reſignans viuat, remanet firma, neque vllis fraudum coniecturis poteſt accuſari, & magnam differentiam eſſe inter ea quæ ab initio ſolemnia, iuſta, & ſi-

ne fraudis ſuſpicione conficiuntur, licet poſtea aliquo caſu adueniente irritentur, & ea quæ cum prohibita ſint, ab ipſo ſtatim initio nulla ſunt, quales eſſent reſignationes puræ, & ſimplices ſi beneficiatis infirmis prohibitum eſſet reſignare. Hinc licet colligere, quantum ſit friuola, & inepta ea quam refert, expectantium querimonia: ſi enim vt ipſe propoſuit fiduciaria & ſimoniaca ſit reſignatio, & illius per ordinarium admiſſio, qua fronte auſus eſt ſcribere neminem de fraude queri poſſe? Sin autem nulla fiducia, & ſimonia accuſari poteſt, quid cauſſæ eſt, cur graduati conquerantur? *ſic*, inquit, *donatio facta ante ſententiam à reo criminis valet, niſi ſequatur ſententia condamnatoria, &c.* quaſi vero infirmitas beneficiati eandem vim contra illũ habeat, vt prohibitus cenſeatur reſignare, quàm accuſatio contra reum, & accuſatũ vt non poſſit alienare. Putida ſanè ſunt hæc omnia, & nullam reſponſionem merebantur. Addit aliam ineptiam. *Cum*, inquit, *Molinæus de tempore regulæ nullam mẽtionem fecerit, quin vltra tempus regulæ, quãdiu currit præſumptio fraudis, expectantes, vt dictum eſt, admiſerit, &c.* fateor equidem Molinæum inter præſumptiones, termi-

num viginti dierum nominatim non expreſſiſſe, ſed primam ex tribus quas conſtituit coniecturis,in infirmitate & periculo mortis beneficiati poſitam, aliter intelligi non poſſe docet ſubiectum regulæ, de qua diſputauit, & ille ipſe tuus conſobrinus ſatis, ſuperque probat his verbis quæ ego iam recitaui, *qui ſi conualuerit, nemo de fraude queri poteſt.* Qua fronte igitur,tam ſubito ſibi contrarius, ſcribere auſus eſt, Molinæum etiam extra tempus regulæ expectantes ad beneficia admiſiſſe? Si admiſſionem iſtam de fraude, quæ ſimoniā & fiduciam cōtinet,ſe intellexiſſe dixiſſet, agnoſcerem ſanè,licet quidam aliter fortè iudicarent, graduatos perpetuò admittendos:ſed cum in iſta clauſula nihil de fiducia,& ſimonia ſcripſerit, licet mihi cum eo ipſo tuo conſobrino aſſerere, ſi reſignans viuat, id eſt,ſi intra tempus viginti dierum à regula definitum, non deceſſerit, nullam expectantibus conquerendi occaſionem ſupereſſe: *Riſi equidē*, inquit, *& merito mea ſententia, ſed caui ab his intēperiis quæ tuum Buthilleri animum ita exagitāt, vt febrim loqui videaris, Hippocratis vinculis alligandus, &c.* & ſanè febrim eo tempore quo Animaduerſionem com-

poſui, nullam in me vllus agnouit, imò quotidie, Deo fauẽte, ſicut meus eſt mos, in palatium iui cum nonnulli à me cõſiliũ caperent, iidem me de iure reſpondentẽ audiuerunt, neque in meis reſponſis intẽperiem qua me notat tuus conſobrinus animaduerterunt: Et cum ſcripſit me Hippocratis vinculis alligandum, debebat ille paulò attentius conſiderare quod ego ad repellendas ſuas iniurias, quaſi inuitus obieceram, condamnationem ſcilicet illam ad perpetuos carceres, quam propter inſaniam alterius ſui conſobrini, qui auiã occidiſſet, & à iudicibus deprecatus fuerat, lõgè grauiorem eſſe illis Hippocratis vinculis, quæ mihi iniurioſè & falſò comminatur: Et tunc denuò pauſam fecit Buthillerius. Certè mi couſine, accipe quæſo in bonam partem, antequam iſtas & alias iniurias contra illum ſcriberes, debebas conſiderare, vt iam tibi remonſtraui, infirmitatem noſtræ familiæ, quoniam in effectu nulli, maxime verò ſi habeant apud ſe quoſdam qui ſunt ægroti de ſpiritu, debent contra alios inſaniæ iniuriam iacere, quod tibi denuò remonſtrandum putaui. Dixit ſe reſpondiſſe

in ſua Animaduerſione ad ea quę ex Dialectica tamquam futilia obiiciebat, & de conuiciis ſe non feciſſe, quemadmodum
pag. 109 tu, qui ſine occaſione illum iniuriaſti antequam tibi vllam offenſam feciſſet, & quod ſe conſolatur, quod non ſolum tu incœpiſti, ſed quod conuicia quæ contra illum ſcripſiſti falſa ſunt, & quod nihil dixit contra te quod non ſit verum. Quantum ad id quod ſcribis eum eſſe rudem bonarum litteratum, dixit quod emplo-iabat ea quæ ſcripſit pag. 16. ſuæ Animaduerſionis, ſe nihil ſcire, niſi quod nihil ſciat: ſed ego, inquit, nullum adhuc ingenuarum artium ſpecimen in illo, neque in ſuis libellis meminime agnouiſſe. De propoſitione quam ſcripſit, nempe reſignationes, ſi in menſibus obnoxiis per fraudem factæ fuerint, reiiciendas, fruſtra laudat auctores Gomeſium & Rebuffum, quoniam neutrum eorum illam ſcripſiſſe reperiet, ideoque nullum etiam de ea, qui extet apud eos, tuus conſobrinus locum notauit, neque notare poteſt, niſi ſub generali, & indefinita quam voluit propoſitione, nempe regulam habere locum in ordinario collatore, illam comprehendat: & multò minus de ſecunda, qua vult

reſignationes retineri debere, ſi in menſibus liberis factæ fuerint: qua enim ratione fieri poteſt vt illi qui generalem, & indefinitam iſtam propoſitionem tradiderunt, aliam quaſi contrariam ſcripſerint, qua reſignationes in menſibus liberis factas ratas, & firmas nonobſtante regula eſſe voluiſſent. Dixit ergo Buthillerius in effectu quod tuæ alligationes de Gomeſio & Rebuffo falſæ ſunt. Quantum ad Molinæum pertinet dixit, quod tuæ diſtinctionis partes non ſunt in ſuis libris, quod è contrario ille tenet generalimenter, quod regula non habet locum in ordinario, prætęrquàm ſi fraudum cõiecturæ ab illo propoſitæ contra eaſdem rationes concurrant: & quantum ad Dominum Lœtum dixit quod nullo modo eſt pro te. De Patribus in conciliis Baſilienſi & Lateranenſi Congregatis, nihil eſt, inquit, quod repetam eorum quæ ſcripſi in mea Animaduerſione. Id ſolum addam me ita loqui de Concilio Baſilienſi, vt ab eo dumtaxat graduatorum priuilegium fuiſſe introductum dicam, & deinde in hoc regno per Pragmaticam & Concordata interpretatum & confirmatum fuiſſe, nihilque mirum eſſe, ſi eum

tuus conſobrinus Pragmaticam, quæ Concilij Baſilienſis decretum limitauit, abuſum appellet, & ea iniuriæ nota Archiepiſcopos, Epiſcopos, Canonicos Capitulorum notabilium, Abbates, Præpoſitos & cæteros Prælatos Biturigi ſub auctoritate Regis congregatos, nihil mirum, ſi omnes qui ſibi diſplicent ſine vllo diſcrimine iniuriis inſectetur. Et quoniam me in numero Conciliorum Lateranenſium erraſſe inſimulat, debet ille ediſcere duo fuiſſe principalia Lateranenſia Concilia: primum quod tempore Innocentij tertij fuit celebratum anno milleſimo ducenteſimo quindecimo, & iſtud, in quo Concordata ſancita fuerunt celebratum ſub Leone decimo quemadmodum notat Rebuffus in tit. de Approbatione Conc. Latera: in Concor. in verbo Leo: ideoque licet non ſolum quinque, ſed plura fuerint Oecumenica Lateranenſia Concilia, tamen duo iſta principalia vocantur, & ea ratione iſtud ſecundum ſub Leone, à quibuſdam, ſecundum principale Lateranenſe appellatur. Sed iſta nihil ad rem, cum liqueat in hoc ſiue quinto, ſiue ſecundo Concordata fuiſſe ſancita, & conſtituta. Cum exceptioni per

Prag-

Pragmaticam etiam ſancitæ, & per Concordata confirmatæ, qua reſignationes in manibus ordinariorum factæ à priuilegio graduatorum eximuntur, cùm inquam iſti exceptioni reſpondere non poſſet, recurrit ad ſuum illud millies repetitum collirium, *fraudem vtique exceperunt*, inquit, ſed quid iſta fraudum appellatione intelligat, nō exponit. Diſputaui in mea Quæſtione regulam non habere locum contra ordinarios: ille etiam contra eos extendēdam aſſeruit. Rejicit deinde regulam, & ex ſolo iure communi, ſine regulæ ſubſidio iuuari Academicos contra eaſdem reſignationes contendit: fraudum etiam probationes ex ſola beneficiati infirmitate & mortis conſideratione perfectas eſſe diſputauit, & nihilominus ad tres fraudum coniecturas per Molinæum traditas recurrit. *pag. 120 et 121.*

Quo teneam vultus mutantem Prothea nodo?

Cum, inquit, *iura permutationem excipiant ab Academicorum priuilegio niſi fraudulenta extiterit, & in reſignatione ſimplici eos admittant, ideoque demonſtrant procliuius eſſe Academicos à permutatione excludere, quàm à ſimplici reſignatione.* Buthillerius *contra*, &c.

Quid iſta velint hercle neſcio : ſunt enim adeo obſcura, & falſa, vt vix vllam interpretationem recipiant. Verum eſt, permutationes exceptas fuiſſe à priuilegio graduatorum : ſed eos in ſimplici reſignatione admittendos, omnino falſum, quoniā decreta Pragmaticæ & Concordatorum excipiunt ab eo priuilegio tam puras, & ſimplices quam ex cauſſa permutationis reſignationes. Itidem falſum eſt, quod ſcripſit me Academicos ab omni reſignatione ſimplici excludere, quoniam cōtrarium ſcripſi, eos admittendos, dummodo fraudum coniecturas, quæ ex regula accipiuntur, excludant, neque ex illo, earundem fraudum probationes metiantur: Cū hæc igitur à tuo conſobrino propoſita falſa ſint; remanet etiam falſa ab illo ſcripta concluſio, qua mihi tribuit peruerſum iudicium; neque enim iſto morbo vnquam laborarui; & ſi quid ſaperet memoriam illius deponeret tamquam ex familiæ vitio, maxime illi ipſi pertimeſcendum. Fateor meam in his quæ ille ſcripſit cæcitatē, Et nihilominus ſi etiam in liberis menſibus factæ reſignationes remanent ratæ & fixæ, vt ipſe tuus conſobrinus agnoſcit,

pag. 123. remanet etiam vera et rata, imò neceſſaria

concluſio quam ſcripſi, nempe Nominatos Curiæ, pro iucundo aduentu, & pro iuramento fidelitatis eaſdem reſignationes, ſub prætextu fraudis, quæ ex regula colligi poſſet, ſiue per eamdem regulam nullo modo impugnari poſſe. Cum eius concluſionis rationem reddidiſſem, *quoniam*, ſcilicet, *illi per regem nominati nullos menſes haberent affectos, nec reſeruatos, & beneficia quocumque menſe vacantia ſibi, & collatoribus ordinariis conferri debere, ſe que graduatis præferendos contendant, & re vera ſaltem nominati Curiæ illis præferantur, &c.* ſuppreſſit vocabulum, *reſeruatos*, quo maximè intelligebam, nec aliter intelligi poterat, illis nullos menſes quemadmodum graduatis fuiſſe reſeruatos, quibus ſi qui eſſent, exceptis, cæteri ordinariis collatoribus reſeruarentur, Et iſta ſpecie falſi cõfecta exclamat, *Acumen*, inquit, *Dialecticum ſpectate, nam ex hoc argumento licet colligere, omnes menſes affectos eſſe Nominatis, ſi beneficia quocumque menſe vacantia ipſis conferri debeant: Buthillerius concluſionem contrariam, ex diametro pugnantem, extorquet.* *pag.* 124. At vide, Magiſter Guillelme, tui conſobrini impudentem, & malitioſam exclamationem. Quod enim ſcripſi de menſi-

bus liberis ab illo ipſo accepi, qui expreſſiſſimis verbis ſuæ reſponſionis aſſeruit eaſdem reſignationes retinendas, ſi in mẽſe libero factæ fuiſſent, quaſi cæteri menſes non reſeruati, nec affecti graduatis, liberi pro ordinariis remanerent. At cum hodie contrarium aſſerat, & nullos menſes liberos agnoſcat, vbinam ſunt illi, quos liberos, & in quibus ratas, & fixas reſignationes adfirmauit? Numquid illud eſt manifeſte imponere? Ego enim ex illius aſſertione arguebam, nempe, ſi verũ eſſet, vt in menſibus quos ipſemet liberos appellabat, nonobſtante Nominatorum à Rege prætentione, reſignationes tanquã firmæ & validæ retinerentur, nihil cauſſæ eſſe, qua rejici deberent in menſibus graduatorum, quibus Nominati præferri debent: Cum nihil haberet reſponſionis, tranſit in aliam partem & omnes menſes affectos aſſerit, adeo vt ſi illius opinionem ſequamur, omnibus menſibus prohibitũ ſit ordinariis vllas reſignationes admittere. De prohitione pro graduatis, quã ſuppoſuit, quaſi eſſet in regula, diximus: ſed vnde iſta prohibitio pro Nominatis à Rege? Anne ex eadem regula de infirmis? vix eſt certè, vt tuus conſobrinus audeat dice-

Nullam prohibitionem eſſe pro Nominatis à Rege

re,quoniam de illis regulæ auctores nihil cogitarunt, ne quidem cogitare potuerunt. Anne quod Reges noſtri conferendorum beneficiorum poteſtatem ordinariis conceſſerint,ea lege et conditione, vt ſuas Nominationes in illis conferendis ſequerentur? Id falſum eſſe diximus,cum de eadem conceſſione falſo per tuum Conſobrinum allegata egimus. Anne aliquo Regio Edicto? Ne illud quidem: quoniam nullum extat. Anne quod ſpes vacationis et ſuccedendi per obitum beneficiatis iſtá prohibitionem induxerit? Nihil minus,& ille ipſe tuus cõſobrinus, vt dixi, pernegauit. Vnde igitur pro his à Rege Nominatis prohibitio? obmuteſcit,& tandem confitebitur nullam pro iſtis Nominatis prohibitionem inueniri poſſe, ideoque vera eſſe quæ dixi,nihil impedire reſpectu iſtorum Regiorum Nominatorum, quominus reſignationes ab infirmis factæ in manibus ordinariorum collatorum, firmæ & ratę conſeruentur,idemque ius obſeruandum eſſe in graduatis, quibus Regij Nominati:& maxime hi quos ex indulto curiæ conceſſo Rex nominauit,debent anteferri, Adhibet ſuam Cenſuram in eo, quod improperat me ad nauſeam omni-

bus paginis decreta Pragmaticæ & Concordatorum obtrudere.Et ego reſpondeo falſam iſtam cenſuram apparere, ex earũdẽ paginarum lectura, in quibus nihil de iſtis decretis,prӕterquam pag.30.meæ Animaduerſis,vbi cum illius defenſioni reſpõderem,nullum in illis abuſum eſſe ſcripſi & pag. 82. & ſequenti: in quibus illa ſpecialiter propoſui.Sed iſtud ex minoribus conſobrini tui mendaciis: ſi cum textus eorumdem decretorum in meæ Quæſtionis pag.5.& 6.inſerui iſta vocabula nullo modo adieciſſem, falſi me accuſare potuiſſet, ſed integra ſunt et ſine additione. Et ſi cũ de iiſdem ſcripſi in mea Animaduerſione,ita ſim illa interpretatus, vt reſignationes ab ordinariis admiſſæ, nullo modo graduatorum priuilegio ſubjacerent, ideone falſi accuſationem cõtra me proponere debebat? Nihil ſane ſuberat cur illam moueret,niſi ſeipſum denuo calumniatorem vellet exibere. Imo potius, ſi quem alium modum haberet quam eũ ſæpius à me repetitum, de permutatione fraudulenta, eius erant partes, vt illum proponeret,& probaret. *Quia modum,* inquit, *fraudulentum exceptum eſſe certum eſt: quippe neque Concordata neque Pragmatica*

De Reſignationibus ab ordinariis admiſſis.

ſancita ſunt, vt fraudibus patrocinarẽtur, &c. ſed quis ſit ille modus, & quæ ſint fraudes, more ſuæ patriæ in mente retinuit, & re vera nullum citare potuiſſet, præter eos, qui à fiducia & ſimonia dependent, quos ego perpetuos eſſe declaraui. Cum propoſuiſſem vulgatum iſtud axioma: *Cum lex diſtinguit nec nos debemus diſtinguere*, repetit eadem vocabula fraudis, non licet fraudem facere et in omnibus conuẽtionibus fraudem ſuper exceptam cenſeri. Sed commune eſt iſtud ſuum contra omnia vulnera ſine probatione collyriũ: quoniam nullos alios modos exprimit. Repetit quæ de fraudulenta permutatione ſcripſeram, & diſtinctionem eſſe contra iuris quod propoſueram axioma, vt probet illud perpetuum non eſſe: ego vero cum generalem propoſitionem ſcripſerim, regulam ſcilicet non habere locum in ordinarios: nullam diſtinctionem, ſed exceptionem ab eadem propoſitione appoſui, de fraudulenta permutatione, quam ab interpretibus recepi. Repetit denuo eam cui reſpondi, de reſignationibus quæ fiunt in menſibus obnoxiis et liberis diſtinctionem, vt in menſibus reſeruatis et obnoxiis Regula locum haberet, & in a-

pag. 125.
pag. 126.

liis ſcilicet liberis, vt vocat non item, ſed vnde iſthæc noua cenſura illius, qui cum graduatos nullo egere auxilio regulæ, & iure communi ex fraudum coniecturis contra reſignationes ab infirmis factas, & ab ordinariis admiſſas aſſeruerit, tutos eſſe: nunc non ſolum diuerſa, ſed quaſi contraria diſputatione eos iubet ad regulam confugere: qua ſola, & vno duntaxat caſu expreſſo (quoniam nihil aliud addidit) nẽpe ſi reſignãs diem ſuum obierit, omnes huiuſmodi reſignationes rejiciantur. Dixi Gomeſium & Rebuffum in ea ſententia fuiſſe, vt generaliter & indefinite haberet locum regula contra reſignationes infirmorum ab ordinariis admiſſas: ideoque in pag. 17. meæ Quęſtionis concludi, fruſtra ab eis fraudũ cõiecturas perquiſitas fuiſſe, quibus eaſdem reſignationes iam reiectas per regulam, rejiciendas perſuaderent, cui obiectioni tuus conſobrinus non potuit reſpondere, vt docui in meæ Animaduerſionis pag 45. & 46. Denuo cum duas con-
pag. 126. cluſiones propoſuiſſem, vt ſi regula in ordinario locum haberet, reſignationes puræ & ſimplices omnino rejicerentur: aut ſi locum non habeat retinerentur; ille diſtinctionem propoſuit in hac ſua cenſura

clarius repetitam, qua eorumdem interpretum ſententiam maiori ex parte retractauit, vt locum habeat regula contra eas reſignationes duntaxat, quæ fiunt in mẽſibus obnoxiis, ſi reſignantes moriantur: adeo vt vel eo ipſo confitente erronea ſit illorum ſententia, qui generalem eſſe tradiderunt. Sed cum in ipſa etiam ſuæ diſtinctionis parte, nihil aliud requirat, quam vt reſignans ſuum diem obierit, quid cauſſæ eſt qua tanto conatu ad perquirẽdas fraudum coniecturas, quibus docerent eaſdẽ reſignationes nullas, inſudauerunt? nam quod ſcripſit eos in iſta perquiſitione elaboraſſe, vt regulæ duntaxat equitatem demonſtrarent, ineptum & reſponſione indignum eſt. Et ſi ita eſt, vt in mẽſibus obnoxiis & fauore graduatorum reſeruatis mors ſola reſignantis, (neque enim aliud quam mortem in ſua diſtinctione requiſiuit) ad vacationem per obitum contra eaſdẽ reſignationes ſufficiat, ad quid illæ tres à Molinæo traditæ, & quas tuus conſobrinus amplectitur coniecturæ, quibus concurrentibus & non aliter beneficium reſignatum voluit per obitum vacauiſſe? ſi enim tres illæ neceſſariæ ſunt vt vult Molinæus, falſum eſt quod tuus conſobrinus

ſcripſit vacare beneficium per obitum ſi reſignans ſuum diem obierit:& contra ſi morte reſignantis, vt vult tuus conſobrinus vacet, falſum eſt, quod ſcripſit Molinæus tres coniecturas eſſe perquirendas.

Impoſtura Beotij De vna coniectura.

Imponit iterum tuus conſobrinus:cum enim ſcripſiſſem Molinæum tradidiſſe,vnã ſolam coniecturam probationem fraudis nõ efficere, & falſum eſſe quod idem ſcripſerat, me ex vna coniectura efficere velle, quod Molinæus ex duabus aut tribus collegerat,ille contra aſſerit me contrariũ ſcripſiſſe pag.20. meę quæſtionis his verbis, *ſi morbus reſignantis legitimam fraudis probationem aut præſumptionem inducat vt vult Molinæus, cedo quænam proponi poteſt ordinarij collatio per reſignationem ab infirmo factam,quæ non ſit fraudulenta? &c.* Quod quam falſum ſit teſtantur ea quæ ſcripta ſunt in eiuſdem meæ Quæſtionis pag.16. & 17.his verbis,*ſcio Molinæum in eadem regula num. 110. & aliquot ſequentibus quaſi ſui ipſius oblitum, contrariam opinionem ſequutũ fuiſſe, vt ſimplex reſignatio ab infirmo facta, ab ordinario admiſſa, in menſe graduatis affecto, & collatio ab eo cõceſſa, ſi poſtea reſignãs intra tempus regulæ moriatur tribus fraudum cõiecturis oppugnari poſſit, aliiſque concurrẽ-*

pag.127.

tibus & probatis beneficium vacare per obitũ ex vi regulæ & graduato deberi aſſeruiſſe, &c. Hanc clauſulam ſubſequuntur meæ contra eaſdem coniecturas reſponſiones, quarum prima pag.19. his verbis incipit. *Et quidem de prima, quam in infirmitate reſignantis conſtituit, quis quæſo non videt, regulam tum demum & non aliter locum habere, quam ſi reſignans tempore reſignationis infirmus ſit, & ex ea infirmitate deceſſerit? &c.* Ex quibus clauſulis & verbis liquido conſtat me nihil de Molinæi ſententia mutaſſe, & tres illius coniecturas ſingulatim impugnaſſe, ſi recte aut perperam lector iudicabit: vel eo maxime quod, verba iſta, *ſi morbus reſignantis legitimam probationem & præſumptionem præbeat, &c.* ad præcedentia referri debent, nec aliter poſsũt intelligi: vt ſcilicet hæc cõiectura de infirmitate & morte reſignantis non ſola vt falſo tuus conſobrinus addidit, (neque enim iſto vocabulo ſola vſus ſum in mea Quæſtione) ſed prima ex trib⁹ à Molinæo traditis ad fraudem probandam numeretur: ſic enim expreſſis ſcripſi in pag.19. *Et quidem de prima, quam in infirmitate reſignãtis conſtituit, &c.* Accuſat me imperitiæ, quod ſeparatim iiſdẽ tribus cõiecturis reſ-

pondi, cum eas Molinæus coniungendas tradidiſſet. At ego ſingulares meas reſpõſiones collectas refutationem illarum cõiecturarum continere dico: nullãque imperitiam niſi apud imperitum Beotiũ notari poſſe, ſi quis obiectionibus propoſitis coniunctim aut ſeparatim reſpondere velit. Modo ais, inquit, modo negas: dictum, non dictum: ſed quid dixerim, quid negauerim conticet. *Porro*, inquit, *iterum atque*
pag. 118. *iterum tibi renuntio, te infirmitatem per vim regulæ ineptiſſimè interpretari, cum & infirmitas ſine regula, & regula non ratione infirmitatis ſed fraudis conſideratione ſancita & recepta ſit, cuius quidẽ fraudis aliqua ex parte index eſt infirmitas.* Et iſta ſanè luculenta cẽſura, qua magnũ aliquid narrat, infirmitatẽ ſine regula eſſe poſſe: ſcimus enim Beotium, quẽ admodũ alterum ſuũ cõſobrinũ morbo fatuitatis, laborare, et iſtius inſaniæ infirmitatem ſine regula eſſe poſſe. Sed debebat reſpõdere vtrũ regula ſine infirmitate eſſet, id eſt effectũ ſortiri poſſet. Illud enim in meę quæſt. p. 19. ſcripſerã, infirmitatẽ fũdamẽtũ eſſe regulæ, adeò vt ſi deſit, nullum effectũ regula ſortiatur, et ſi beneficiatus eo tẽpore quo reſignat ſanus

eſt, certum ſit nullum locum eſſe regulæ & pag.87. meæ animaduerſionis, hæc quæ ſequuntur ſcripta ſunt. *Sed id quoque credidi, nec me fefellit opinio, præcipuam iſtius vacationis cauſſam, quæ in infirmitate, & morte beneficiati conſtituta eſt, à regulæ diſpoſitione ita dependere, vt ſi eam tollas, alias coniecturas, ab eodem pro iſta vacatione collectas, omnino corruere, quemadmodũ ex his quæ in mea quæſtione ſcripta ſunt, ſatis ſuperque expoſui.* Quid contra iſta tuus conſobrinus? Nihil propoſuit, niſi quod cauſſam primæuam, & quaſi fundamentalem, ſi ita loqui liceat, indicem appellauit, quàm ineptè, nemo eſt qui non videat. *Quod vero*, inquit, *in regula de tuo additum negas, eadem penè linea negatum reuocas, cum te, ex textu Molinæi ea verba non citaſſe ſcribis*, hæc etiam ridicula, imò & malitioſa cauillatio: cum enim ille in ſua defenſione improperaſſet, me Molinæo iſta verba adieciſſe, *vi regulæ*, & ego in mea animaduerſione, me textui Molinæi nihil adieciſſe, & ex his verbis me probare voluiſſe fraudis præſumptionem, ex morbo per Molinæum propoſitam, aliunde quam ex regula proponi non potuiſſe: imò etſi regulæ diſpoſitionem reiicere velimus, præſum-

ptionem illam inutilem eſſe, & iuri communi contrariam, ille me contraria ſcripſiſſe nugatur, & tandem, cùm ſuas nugas ratione confirmare non poſſet, iudicio lectoris ſe ſubmittit, quod ego lubenter amplector. Abſurdiſſimum dicit quod ſcripſi in mea animaduerſione, iure com-
pag. 129 muni, mortis cuiuſcumque conſiderationem nullam vmquam fraudis ſuſpicionem induxiſſe, & proponit denuò diſpoſitionem textus in l. filiæ meæ. Cui ego tàm ſæpe reſpondi, non ex infirmitate, & morte, ſed ex ſtipulatione, & diuortij miſſione fraudem probari, imò potius, eius probationem à ſola quaſi ſtipulatione dependere, adeò vt ſi deficeret, nullam ex infirmitate coniecturam poſſit colligere: cui reſponſo, numquam potuit tuus conſobrinus reſpondere. Falſum eſt, me fateri non intelligere quid mens regulæ à regula diſcrepet: nihil etiam huiuſmodi in mea animaduerſione, ſed tantum me admirari verborum, quæ ille ſcripſit in ſuæ defenſionis pagina 22. confuſionem. De æquitate quam ſcribit nemo vmquam dubitauit, & recte facit quod cætera quæ ſcripſi tamquam burras, quiſquilias, ineptiáſque reiiciat, &

contra eas ſe diſputaſſe aſſerat, quoniam neque diſputauit neque reſpondere potuit: & elegans ſanè cenſura eſt, iniurias contra ea coniicere, quibus reſpondere non poſſit. Scribit ſe pag. 19. ſuæ defenſionis falſum probaſſe, quod ſcripſeram, *regulam aut locum omnino habere in ordinario, aut nullo modo habere*, ſed locus ipſe demonſtrat illum de eo nihil ſcripſiſſe, neque reſpondiſſe, & quid in menſibus liberis, & obnoxiis fieri poſſet, dumtaxat tractaſſe, quibus ego iam reſpondi. De contradictione quam notat, ineptiſſima cenſura: quoniam ex ea generali propoſitione quam ſcripſi de regula, permutationem excepi: & nulla contradictio dici poteſt, quando generali propoſitioni quæcumque ſit, exceptionem adiicimus: imò in cæteris non exceptis, eadem exceptio firmat generalem propoſitionem, quod tuus conſobrinus ignorauit. *Falſum eſt*, inquit, *quod ſubiicit, vt me monere ſæpius memini, Academicos ad regulæ beneficium, non ſuo, ſed ordinarij collatoris iure, admittendos: Nam regula, neque Romæ facta, neque in Gallia recepta, magis in ordinariorum, quàm in expectantium gratiam, &c.* Hæc tuus conſobrinus: ſed videamus

pag. 130.
pag. 131.

Quod ſuppreſſerit rationes à Molinæo propoſitas in quibus agit de cauſſa regulæ, nulla aliunde quærenda eſt probatio, quā ex pagina 24. ſuæ defenſionis, cui ego in mea Animaduerſione reſponderam, in qua ne verbum quidem quod de illis intelligi poſſit, liceat reperire. Et quod ſcribit ſe eas in paginam 49. eiuſdem defenſionis reieciſſe, id etiam falſum; quoniam in illa earundem rationum, & cauſſæ propter quam facta fuerit regula, nulla mentio. Cum ſcripſiſſet Academicos iniquiore conditione fuiſſe poſt factam regulam, *pag. 131.* quàm ſi regula facta non fuiſſet, & quæſiuiſſem quænam illorum erat conditio antequam facta fuiſſet: *non dixi*, inquit, *antequam facta fuiſſet*, regula, *ſed ſi regula facta non fuiſſet*: Quaſi verò multum interſit quærere, qua in conditione erant, antequam facta fuiſſet, aut ſi omnino facta nō fuiſſet. Sed quando ita vult, tollat regulam, quemadmodum ſi illam nemo ſummorum Pontificum condidiſſet, ſequetur neceſſariò conditionem Academicorum nullam mutationem accepiſſe, & in eadē permāſiſſe, qua erant ante regulam. *Tùm*, inquit, *erāt iniuris communis præſidio*, quod quidem lubenter concedo: ſed id etiam

mihi debet tuus conſobrinus concedere, iuris iſtud præſidium non eſſe, vt beneficia, ab ordinariis poſtulare poſſent, & multo minus, contra eos præſidium regulæ ſibi vendicare. Cum propoſuiſſem Conſtitutionem Imperatorum, qua leges, & cõſtitutiones futuris dare formam negotiis, non ad facta præterita reuocari edixerũt: ille reſpondit Conſtitutionem intelligendam, de forma quæ vi legis latæ imprimitur, non de forma, quæ ex natura exprimitur: quod quidem quemadmodum intelligat, non poſſum ſatis conjicere, niſi velit, vt leges quæ à natura proueniunt, licet nouiſſime conſtituantur, etiam ad præterita extendi debeant, non autem eas, quæ non à natura, ſed ipſa lege, & legiſlatoris auctoritate vim recipiunt, quas non à iure naturali, aut etiam gentium, ſed ex iure, vt aiunt, poſitiuo conſtituuntur. Quod ego illi etiam lubenter concedo, licet Imperatorum Conſtitutio nullam aliam adferat diſtinctionem, quam ſi nominatim de præterito tempore, & adhuc pendentibus negotiis cautum ſit: ſed quid iſtud ad priuilegium graduatorum? Illudne legem eſſe petitam à natura, & cum mente diuina ortam tuus conſobrinus adfirmabit? *Ea*

pag. 133.

Priuilegium graduatorũ iuris eſſe poſitiui non naturalis.

eſt, inquit, *quam dixi dictaſſe Sabino , & Caio Iuriſconſultis ; quid conſultori reſponderent, antequam lex filiæ meæ ſcripta eſſet cõtra fraudes, & vnde ſcripſi mentem , & rationem regulæ de infirmis æternam eſſe, & fraudum perpetuam hoſtem, &c.* ſed quæſo dicat Grãmaticus quænam ſit illa mens , & quo nomine vocetur ? Æquitatẽ ſcilicet, aut iuſtitiam. Sed quid æquũ , & iuſtum , quid iniquũ, quid iniuſtum , id agnoſcere debet omnino à legis Conſtitutione dependere. Quænam igitur lex Sabinum, & Caiũ Iuriſconſultos impulit, vt reſponderint patri iudicium eſſe dandum ? Lex ſcilicet ſtipulationis, quam non ad ius naturale, vt imperitus iſte Grammaticus ſomniat, ſed ad ius ciuile pertinere nemo vmquam dubitauit. At verò, quid cauſſæ eſt qua tam ſubito reuertitur ad regulam in præcedenti pagina ab illo reiectam, cum gráduatos, in communis iuris præſidio duntaxat, collocaret ? Quid tàm citò eãdem pro illis inuocat ? Suum erat, illa reiecta, docere graduatos iſto iuris communis præſidio omnia quæ pro illis diſputat fuiſſe conſequuturos. Sed animo tabeſcens , & tumore illo iuris communis , quo ſe ipſum inflaue-

T. de cõſtituta, De act. apud Iuſtinian.

rat, depoſito, redit tanquam canis ad vomitum. At vero quoniam ita vult, vbi eſt illa mens, & ratio regulæ, quam fraudum perpetuam hoſtem ſomniauit? Dicat Grãmaticus quo nomine iſta mens, et ratio regulæ nuncupetur: ſi denuò æquitatem & iuſtitiam proponat: cedo, ex qua lege, & cõſtitutione illas metiemur? Anne ex ipſa regula? At eam Decius, tanquam iniuſtã, iuri communi contrariam, et à ſola voluntate Papæ profectam repræſentat. Anne ex eo quod ante illam fraus aliqua fieret in conferendis beneficiis, & quod ad eam fraudem cohibendam fuerit conſtituta? Credo equidem, vt tradit Molinæus, eam factam fuiſſe contra abuſus Curiæ Romanæ, in qua paſſim, & ſine delectu reſignationes in fauorem admittebantur, & per earum admiſſiones, non ſolum Ordinarij collatores ſuis legitimis collationibus iniuſte priuabantur, ſed etiam beneficia quaſi teſtamento his ſucceſſoribus, quos beneficiati eligebant, relinquebantur. Si ita velit interpretari tuus conſobrinus mentem illam æternam fraudum perpetuam hoſtem, admitto ſane interpretationem. Sed cur iſtam, quæ tantum ad Romanæ Curiæ Officiarios pertinet, contra Ordi-

narios adhibebit,qui nullius fraudis, imò ne ſuſpitionis quidem fraudãdi poterant accuſari? Lectoris iudicium inuocat, ſi ea quæ ſcripſi ſint de mea, aut de Molinæi ſententia,& ego in Epiſtola quę ante meã Quæſtionem impreſſa eſt, illius iudicio ſubmiſi quæcumque ſcribebam: ille verò eiuſdem Lectoris auxilium requirit, quãdo nihil habet quod reſpondere poſſit. Scribit ſe probaſſe,quod de vna, pluribuſque coniecturis ſcripſerat, & quid in ſententia Rebuffi diſſimulauerim, ſe oſtendiſſe. Et ego contrà oſtendi,me nihil de coniecturis contra veritatem ſcripſiſſe, & quas vocat Chimæras, rationes eſſe, quibus illum calumniatorem probaui; Reſpõdi etiã his, quæ de permutatione repetit; quæquidem permutatio in Pragmatica; & concordatis cum reſignatione pura & ſimplici coniuncta eſt: & eodem loco docui,me in illius exceptione ſequutum fuiſſe interpretum ſententiam, & rationes, quibus regula locum in ea habere debet, expoſui, quibus etiam tuus conſobrinus reſpondere non potuit, niſi quod vt dixi, falſò negauit permutationem non eſſe neceſſariam. Scribit me non probaſſe eam quam ſcripſi pag. 18. meæ Quæſtionis, *pg. 135. et 136.*

nempe alteram ex duabus concluſionibus eſſe obſeruandam,&c. At contrarium apparet ex his quæ tractaui in eadem pagina, & aliquot ſequentibus, non argumento ab vna infirmitatis coniectura petito, vt falsò ſcribit: ſed his quę contra tres præſumptiones à Molinæo traditas explicaui. *Tandem,* inquit, *nouo errore relicto, argumento pag.23. hanc denuò theſim probandam tradit, ex tribus cōiecturis, quemadmodum ex prima, ſiue ſeparatim, ſiue coniunctim accipiantur, nullam fraudis ſuſpitionem induci poſſe, &c,* quod quam falſum ſit, probāt ea quæ ſubieci argumenta, & quæ ille nugarum cohortem appellat. De aliis coniecturis à Molinæo traditis, vltra eas tres quas ſpecificè collegit, nihil negaui, ſed contra iſtas tres particulatim diſputaui, quod illis concurrentibus fraudis probationem cenſeret inducendam. *Buthillerius,* inquit, *contra primam Hypotheſim num.* III. *diſputat, quaſi ſi illa hypoteſis non eſſet bene poſita, theſim corruere neceſſe ſit, &c.* Equidem tractaui de prima Molinæi coniectura, quæ ad infirmitatem, & mortem beneficiati pertinet, ſi ea corruat, alias neceſſe eſſe corruere, idque probaui, ex verbis regulæ, quæ vt locum habeat, beneficiatum infirmum con-

ſtituit : adeò , vt ſi hæc deſit , cæteras duas corruere ſit neceſſe:quod ſine reſponſione tuus conſobrinus dereliquit, et nihilominus ſcribit,me nihil attuliſſe,ex quo vel vna reiecta videatur. *Deinceps*, inquit, *ſequitur magna nugarum Cohors , &c.* videamus quæ ſint tantæ nugæ. *Nihil igitur*, inquit, *niſi victis dolor, quãdoquidem ex magno Concordatorum apparatu, ſolus luctus relictus eſt Academicis, &c.* Imò verò priuilegium illis conceſſum , quod ante Pragmaticam, & Concordata erat incognitum, vt beneficia ſcilicet, in menſibus reſeruatis vacantia, illis , nec aliis per ordinarios conferantur, iſtudne Academici ſine ingratitudine luctum appellabũt? *Sed pace*, inquit, *Buthillerij dixerim reſignationes fraudulentas , & contra diſciplinam Eccleſiaſticam extortas, nulla Concilia approbarunt , nullas , contra tacitam ſimoniam coniecturas fraudum non admittendas decreuerunt, &c.* Id millies à me conceſſum fuit, ſed reſignationes puras, & ſimplices à Pragmatica , & Concordatis exceptas , & Ordinariis reſeruatas, nullo modo contra Eccleſiaſticam diſciplinam, & Cõcilia factas dici poſſe: imò à Pragmatica & Concilio Lateranenſi , ſiue ſit illud ſecundum , ſiue quintum, fuiſſe approba-

pag. 137.

pag. 138.

tas contendo. Iſtudne fas erit nugas appellare? Cum ſcripſiſſet in ſua defenſione inter fraudis coniecturas, reſignationem in menſe libero repudiatã, & in reſeruato admiſſã, collationem factam abſenti, & in illa verba animaduertiſſem quibus fraudẽ fieri, ſi in menſe libero repudiata fuiſſet reſignatio, queamdmodũ ſi in menſe obnoxio admiſſa fuiſſet, & cum meam Animaduerſionem ita eò conſtituiſſem, quaſi vellet in Ordinarios, quocumque ſe verterent, ſiue admitterent, ſiue repudiarent reſignationem, fraudem commiſiſſe cẽſerentur: ille ipſe magnificus Cenſor in iniurias proruit, & me debacchaſſe cõtra Molinæum ſcribit. De iniuriis, nihil noui: nulla enim fere eſt linea in iſta cenſura quæ aliqua iniuria tãquam ſale Beotiano aſperſa non ſit. Sed de coniectura ſi eam quæ à Molinæo ſcripta fuerat expreſſiſſet, quẽadmodum hodie exprimit in ſua Cenſura, admiſiſſem libenter illius ſenſum, imò & fraudis coniecturam, qua voluit cum aliis coniecturis neſcio quid ſimoniacæ prauitatis, & illicitæ conuentionis probationem adferre contra Ordinarium, qui cum in menſe libero reſignationem infirmi beneficiati admittere recuſaſſet, candẽ,

& eiuſdem beneficiati, de eodem beneficio, in menſe obnoxio reſignationem admiſiſſet: neque enim hęc coniectura ad regulam pertinet, & ego in infinitis locis declaraui, me omnes cõiecturas quæ ad probandam ſimoniæ, aut confidentiæ labem pertinent, perpetuò admittendas cenſuiſſe. Sed imputet ſibi, qui Molinæi ſententiam non expreſſerit, & aliis verbis vſus ſit, quibus aliud quiddàm cogitaſſe videbatur. Id agit, vt, cum ſcripſerim in admittendis puris, & ſimplicibus reſignationibus nullam fraudem ne quidem fraudis ſuſpitionem ineſſe, idem ſit quemadmodum ſi ſcripſiſſem, nullam fraudem cõtra Academicos ab ordinariis fieri poſſe, quod vtrum idem ſit, lector iudicabit. *Quaſi*, inquit, *puræ & ſimplices reſignationes, illæ quoque non ſoleant appellari, quæ cum omni mangonio obſtetricatæ fuerunt, ſi modo nulla in albo* γραπτικῶς *facta mentione ab ordinariis admiſſæ fuerint, &c.* At ego non de appellatione, ſed de re ipſa loquutus ſum: fieri enim poteſt, vt ſub ſimplicis reſignationis admiſſione fiant illicitæ negotiationes, & mangonia, & nihilominus ſimplices reſignationes appellẽtur, quẽadmodũ collationes, quę per obitũ in mẽſib⁹ *pag. 139.*

liberis ab ordinariis conceduntur, collationum appellationem retinent, licet collatores in illis conferendis ſimoniam, & confidētiam commiſerint, imò ſibi ipſis, per interpoſitas perſonas contulerint, & quemadmodum reſignationes quæ fiunt in curia Romana in fauorem certarū perſonarum, quas reſignātes eligunt, vt plurimùm ſunt ſimoniacæ, & confidentiariæ, vt vocant, ſecreta fiducia contractæ, & tamen reſignationum tanquam canonicarū appellationem retinent. Quid inde tuus conſobrinus cōſequetur? nempe vt quoniam quædam reſignationes omni mangonio obſtetricatæ fuerunt (illius enim verbis vti libet) cæteræ omnes eodem mangonio obſtetricatas, & Prælatos, imò omnes qui Pragmaticam, & Concordata confecerunt, Ordinariiſque collatoribus reſignationes puras, & ſimplices reſeruarunt, eorundem mangoniorum auctores cenſere debeamus. Impudens ſane, & pedante impoſtore digna conſequentia. *Neque enim diſtinguit Burhillerius*, inquit, *ſed hac æquiuocatione paſſim imponit, imperitia, an malitia, non dicam, &c.* at quantum iſtud ſit falſum, docent toties à me repetitæ declarationes, quibus contra ſimoniacas, &

fiduciarias reſignationes factas in manibus ordinariorum, ſeu in Curia Romana: imò, & contra omnes collationes iiſdem criminibus infectas rejiciendas, & condamnendas, imò & contra eas omnes fraudum coniecturas recipiendas eſſe, nõ ſolum conceſſi, ſed etiam adfirmaui. *Nullo*, inquit, *luculẽtiori patrocinio Ordinarij, fraudes ſuas tutari poſſunt, quàm ſi perſuaſum fuerit in reſignationibus admittẽdis fraudem nullam committi poſſe, fraudis nullam ſuſpicionẽ ineſſe, &c.* At verò, quo patrocinio contra calumnioſas accuſationes eos iuuari poſſe tuus conſobrinus cogitare poteſt, quàm eo quod ab ipſo ſtatim initio naſcentis Eccleſię ius illis quæſitum eſt, vt omnia beneficia quæ ab his dependent conferre poſſint, & quàm eo decreto, quo patres qui Pragmaticam, & Concordata confecerunt, illis puras, & ſimplices reſignationes admittendi poteſtatem reſeruarunt? Si enim illis exercendis, & purè, ac ſimpliter admittendis fraus iure ipſo facta cenſeri debeat: quis auctores Pragmaticæ & Concordatorum, qui eas à priuilegio graduatorum, fauore Ordinariorum exemerunt liberare poſſet? Sin autem ſub earundem reſignationum prętextu ſimoniacæ,

Crimina ſimoniacæ confidentiæ & ſimilia ad reſignationẽ non pertinere.

& fiduciariæ cōuentiones, & nundinationes beneficiorum exerceantur, iam non ſunt reſignationes puræ, & ſimplices, ſed putida crimina, quæ non ſolum rejici, ſed etiam coerceri debere adfirmaui. Iſtud vt clarius eluceſcat, conſtituamus, exempli gratia, iudicem, qui cum de re aliqua inter Titium, & Sempronium iudicaret, Sempronius fortè cōdamnatus, fraudem ſibi factam à iudice conqueritur, quodnam quæſo contra huiuſmodi querimoniam, ſeu potius accuſationem luculentius patrocinium adferre poteſt iudex, quàm illud quod à iudicandi poteſtate ſibi conceſſa quæſitum eſt? Quis contra tantum patrocinium, contra illius ſententiam, fraudum coniecturas recipiendas adfirmabit? Licet enim iniquè decernat, ius eſt quod ſolo appellationis remedio, non autem fraudis vllius accuſatione poteſt retractari: at vero ſi iudex litem ſuam fecerit, id eſt ſi per gratiam, inimicitiam, aut ſordes iudicauerit: eo caſu poteſtate illa iudicandi quaſi à ſe ipſo abdicata, & reiecta, incidit in crimen quod extraordinariè debet coerceri. Vides quantum actus ipſe iudicandi, & ſententiam proferendi, diſtet à crimine

l. filius familias p. Iudex D. de Iudic. et l. 1. D. de extraordin. cognit.

per iudicem commiſſo : ſi enim ſimpliciter iudicauerit, licet Sempronius eiuſdem ſententiæ iniquitatem proponat : nihil contra iudicem, illiuſque ſententiam moliri poteſt, quàm per appellationem, qua interpoſita, poteſt ſuperior iudex, aut eam confirmare, aut ſuo iudicio conuellere, & fortè in peius reformare, non autem fraudis accuſationem contra primum iudicem, qui ex animi ſui ſententia iudicauit, ſuſcipere, & exercere. Eadem eſt collatoris Ordinarij in admittendis reſignationibus, imò multo maior poteſtas, quoniam non ab vlla admittendæ reſignationis, quemadmodum à iuris per iudicem dicendi neceſſitate dependet : ſed à ſola voluntate ſi eam velit, aut nolit admittere: ideoque ſi nihil interueniat quàm voluntaria, pura, & ſimplex beneficiati reſignatio, eiuſque per ordinarium admiſſio, nihil aliud quam quod illis conceſſum eſt admiſiſſe, ideoque nihil contra eos, eam denique reſignationem, & admiſſionem, collationemque inde ſubſequutam proponi poſſe agnoſcendum eſt : ſi autem pactis ſimoniacis, & fiduciariis per cuniculos res acta fuerit, crimen eſt quod legibus debet vindicari. Poſſem multa alia ſi-

nomum iſtum Barbatum ferre poſſit? Egone impietatis accuſer, quod Beotij iniuriis contra me, qui numquam illum læſeram, ne quidem lædere cogitaueram, non ſolum compoſitis, & impreſſis, ſed etiam in omnibus vrbis iſtius vicorum compitis, ignominioſè affixis, auſus fuerim reſpondere? Egone quod Deum Beotium, qui magni nomine gloriatur non adorauerim, inter impios numerabor? Quid facerem? Quandoquidem Deus iſte ita vult, ferendum eſt. Nec moueor quod de Academicis, de diſciplina Eccleſiaſtica, de tota Gallia, totaque Eccleſia me malè mereri ſcripſerit: quoniam quantum ad Academicos pertinet, ſi attentius priuilegium illis conceſſum, & Prælatos Ordinarios collatores illius auctores conſiderent, reiiciantque Dei iſtius Beotij, aliorúmque ingratas in eos exprobrationes, faceſſent tandem, eiuſque benefactoribus iura ſua intacta, atque illibata derelinquent. De Gallia, & Eccleſia ſi quid malè meruerim, non iſtius noui, ſed omnium Gallorum, & præcipuè Eccleſiaſticorum iudicia expectabo, quoniam ad hanc vſque diem nemo Gallorum, & Eccleſiaſticorum ea quæ

ſem, ſuam ſcilicet qua interrogabat, & meam qua interrogationi ſuæ reſpondebam: & cum poſt eas, aliam adieciſſem, qua cum ille abuſus Ordinariorum, dum reſignationes admittunt, notaſſet, eoſque à nonnullis non ſolum in admittendis reſignationibus, ſed etiam in conferendis per obitum beneficiis exerceri, & grauiter puniendos reſpondiſſem. Ille eam, qua interrogationi reſponderam malitiosè ſupprimit, Et quemadmodum ſi nihil reſpondiſſem. *Quid*, inquit, *animaduertit Buthillerius quod nemini ſano in mentē venerit Si cōferat*, inquit, *domeſticis & incapacibus collator erat, imò grauiter peccat in Deū, & Eccleſiā, adeo vt etiam aliquatenus ſimoniæ crimine notari poſſit*, &c. Quid quæſo aliud eſt quam manifeſte imponere, & imponendo, ea quibus reſpondere non poteſt falsò ſupprimere, & præterire? Peius iſtud, quod cum clauſulam qua abuſum rejiciebam, ad ea quæ de eodem abuſu ſcripſerat, & quē communem eſſe in omni vacatione deplorabam, referri deberet, *Grauis ſane*, inquit, *& cedro digna Animaduerſio, quod in omni genere eſt non erit in ſpecie*, &c. quaſi iſtud ſcripſerim non eſſe in ſpecie quod in genere probaueram. Quęnam denuò ma-

pag. 141.

ior impoſtura,& impudentia poteſt reperiri? Cum enim ille abuſum ex illicitis negotiationibus argueret in reſignatione,& peccatum illud commune eſſe in omni vacationum genere ſcripſerim: cur me calumniatur quaſi contrarium tradiderim? Nam quod immediatè, poſt verba generalia, de omni vacatione ſcripta, adiecerim peccatum iſtud ſeu potius crimen ineptè ad puram,& ſimplicem reſignationem adhiberi, eò tendebat, vt oſtenderem illud ineptè conſobrinum tuum ad eandem reſignationem duntaxat retuliſſe, quod in omni vacationum genere debet obſeruari: imò ſi ſaperet, debebat conſiderare id quod ſcripſi veriſſimum eſſe, actum ſcilicet purum,& ſimplicem multùm differre à vitio, ſeu crimine quod eiuſdem actus prætextũ exerceri poteſt,& illum quo in menſe libero, nec vllomodo obnoxio, collator ordinarius beneficium confert, actum ſcilicet collationis, ex legitima vacatione per obitum, eiuſdem eſſe naturæ, quam ſcripſi de pura & ſimplici reſignatione, vt nulla fraudum probatione accuſari poſſit: quoniam nemo hominum ſubjici poteſt, qui ea collatione quæ à ſola ordinarij voluntate dependet, fraudem ſib

Differẽtia inter purum & ſimplicẽ et vitioſũ actum.

factam fuiſſe conqueratur. At verò, ſi vt conferat turpe aliquid molitur, veluti ſi pecuniam, aut aliquid temporale ſecretò ſtipuletur, ſiue etiam ſibi ipſi per interpoſitam perſonam, & fiducia contracta conferat, iam nõ eſt collatio pura, & ſimplex, ſed ſimonia, & illicita conuentio, qua non ſolum huiuſmodi collationem rejiciendam, ſed etiam collatorem, & alios omnes qui eas commiſerunt extraordinariè tradidi coercẽdos, ideoque etiam veriſſimum eſſe, iſtius ſimoniæ, & illicitæ conuentionis peccatum, quaſi fraudum coniecturam, ineptè per tuum conſobrinum in reſignationibus duntaxat adhibitum fuiſſe: quod contra omnes beneficiorũ collationes, nõ ſolũ tanquã fraus quæ non eſt, ſed tanquam crimen legitimè proponi poteſt. *Bartolo*, inquit, *celeritas actus inducit ſiniſtram præſumptionem fraudis.* Id quidem verum quando de re prohibita agitur, quemadmodum eo caſu cæteræ omnes aliæ coniecturæ recipi debent, vt ſæpæ dixi: ſed contra ordinarios collatores de admittendis reſignationibus nulla prohibitio. Repetit Academicorum detrimentum: ab Ordinariis, pro ſuis domeſti-

cis,pro incapacibus:& per ſimoniæ labem admiſſas reſignationes, quibus tam ſæpè reſpondi. Quod de collatione beneficiorum in menſibus obnoxiis vacãtium ſcripſit,illam ſcilicet non dependere à voluntate Ordinariorum, ſed à Concordatis, verum eſt,nec aliter vmquam ſcripſi, dũmodo ex eorundem Concordatorum reſeruatione,reſignationum pure & ſimpliciter admittendarum integram poteſtatẽ, nudum ſcilicet actum,in admittenda reſignatione beneficij,& alium actum in eiuſdem beneficij collatione,Ordinariis derelinquat. Quod ſcripſit de vacatione per ſuppreſſionem beneficij malè factam, per vxorationem clerici, vel per adeptionem Epiſcopatus,aut ſecũdi beneficij curati,inuidiosè ſcriptum eſt:quoniam nunquam negaui, quin beneficia, quocumque genere in menſibus reſeruatis, præterquam per reſignationem puram, & ſimplicem, aut cauſſa permutationis factam,vacantia, graduatis debeantur : ſed ſecus apud nos
pag.143. vſitatum fuiſſe tradidi. Et quod de impreſſione Pragmaticæ improperat. Agnoſco Macæũ Bibliopolã à me duo quæ habebam illius volumina expoſtulaſſe, quod fortè quoſdã in illis locos à me no-

tatos correctiores exiſtimaret, & ſi ipſe in ſua impreſſione illam tanqum à mea Bibliotheca acceptam retulerit, id illi cui ſuę defenſionis, nec non iſtius cenſuræ ſuæ exemplaria, vt ea publicaret, & venderet, cum Epiſtolis ſua manu ſcriptis ferenda curauit, non mihi debuit imputare. Bene eſt quod exemplum donationis inter virum & vxorem à me accepiſſe fateatur, ſed quod prohibitionem donandi inter eos expreſſerit per interpretationem quęrendum eſt, & quod me iſto tãquam meo ipſo gladio ingulauerit. Admitterē ſanè, ſi prohibitionem ſimilem admittendarũ reſignationum adferre potuiſſes, *Dixi*, inquit, *quemadmodum fraus fieri dicitur legi, quæ prohibet donationes inter virum, & vxorem, ſi maritus quod donatione non poteſt, venditione vxori tradiderit, etiam ſi venditio non ſit iure prohibita. Sic Ordinarium fraudem facere Concordatis, quæ prohibent conferri per obitum aliis quam Academicis, menſibus affectis, ſi ea beneficia per reſignationem contulerit, quamuis reſignatio nullo iure prohibeatur, &c.* De donatione nulla eſt dubitatio, ſi re vera ſub venditionis prætextu maritus vxori donare voluerit: quoniam lex donationem prohibet. Sed quis dixit fraudē *pag. 144*

fieri Concordatis ſi ordinarius admiſſerit reſignationem beneficij, quod per obitũ vacare poterat. Dixi inquit: at nulla lex extat quæ illud dixerit. Nihil etiam dixerunt Concordata: imò expreſſo decreto quemadmodum & Pragmatica Ordinario liberam admittendarum reſignationũ poteſtatem reſeruarunt. Quis ergo dixerit eo caſu Academicis fraudẽ fieri? Ideone quod tuus Cõſobrinus ita dixit? Quoniam ita vult? Et quoniam ſua illa magna Deitas ita decreuit? *Prohibitum eſt*, inquit, *aliis quam Academicis conferre beneficia per obitum vacantia in menſibus affectis, &c.* Et iſtud quidem veriſſimum. Ergo prohibitum eſt etiam, eadem beneficia quæ per obitum vacare poſſunt per reſignationem conferre? At iſtud falciſſimum eſſe probat ille ipſe, qui nullo iure reſignationem prohibitam confitetur. *Quod enim*, inquit, *Buthillerius reſignationem cum donatione componit, imperitè facit, cum ad venditionem referatur, &c.* Imò imperitiſſimè iſtam relationem inter venditionem, & reſignationẽ tuus conſobrinus confingit: quoniam inter nos agitur de prohibitione reſignationis, quam quidem nullam eſſe ille ipſe, vt dixi, confitetur: Et de prohibitione donã-

di inter virum & vxorem , quæ quidem prohibitio cum certa ſit, nihil de venditione quærendum eſt,niſi vt ad eam ſi donandi animo fiat eandem prohibitionem extendamus. Tradit deinde tuus conſobrinus me rigorem quo vſus fueram aliquantum flectere, veritati nonnihil acquieſcere,& fateri Ordinarium in Academicorum fraudem tacita nundinatione reſignationes , ſpecie ſimplices , re , in *pag. 145.* fauorem poſſe admittere : me deinde ſimiam appellat : contendit Molinæum loquutum non fuiſſe de reſignationibus quæ conditionem continent , & de fraudulentis repetit. His ego reſpondeo me, in omnibus quæ ſcripſi vnam, atque eandem veritatem tradidiſſe,& ſequutũ fuiſſe, de iniuria permittendam eſſe illi,qui ſine eo ſale ſcribere non poteſt : ſatis eſſe illum in me nihil quod ſimiã redoleat notare potuiſſe:& contra ſuam fraudum repetitionem me ſatis ſuperque docuiſſe, quænam ſit differentia inter actus ſimplicis reſignationis , & collationis,quos omni fraude immunes eſſe dixi , & illicitas nec non ſimoniacas pactiones,quæ ſub illarum prætextu committi poſſunt : quarũ perquiſitio nihil ad regulam pertinere po-

teſt. *Cæterum vt centies ſexies dixi*, inquit, *contra importunas Buthillerij repetitiones ne-*
pag. 146. *que Ordinariorũ libertas violatur, ſi via fraudibus intercluditur: neque Concilia, aut Reges fraudulentis reſignationibus fauere voluerunt, neque ſi fauore regulæ, litium pariter, & fraudum ſeminarium extirpatur, quidquam indigne ab Academicis agitur. Quin iſtud obtrectare eſt, ius ipſum calumniari, & contra æquitatem latrare, &c.* De mearum repetitionum importunitate, inueniet lector me nulla vſum fuiſſe, niſi cũ ſuis repetitionibus reſpondi: quemadmodum eſt illa quam de fraudibus denuò ſcribit, qua Concilia, aut Reges fraudulentis reſignationibus fauere noluiſſe tradit, quam re vera infinitis locis in ſua reſponſione & in iſta cenſura inſeruit & cui ſi hoc loco vellem reſpondere, nihil aliud agerem quam repetere. De libertate, & facultate Ordinariorum dixi, & ſanè cogor repetere eã fuiſſe quaſi naturaliter omnium gentiũ Chriſtianarũ, & toto iure conſentiente illis conceſſam, vt liberè ſine vlla exceptione, & ſine vlla fraudum ſuſpicione poſſent reſignationes admittere: imò eandem illis, Concilij, & Regum noſtrorum auctoritate contra graduatorum priuilegium fuiſſe cõfirma

tam. Si, vt vult tuus Conſobrinus, eadem poteſtas illis fauore graduatorum & vi regulæ de infirmis, quam contra ordinarios exercēdam aſſerit, auferatur: quid quæſo aliud eſt, quàm illam ſaltem aliqua in parte, & quantumlibet graduatis placeat, ſub prætextu regulæ violare? Et nihilominus eam non violari, imò illis integram remanere tuus conſobrinus audet adſerere. Faceſſat ille fraudum coniecturas aliunde quā ex regula, nempe ex fiducia, ſimonia, & pactis illicitis, aliiſque ſimilibus criminibus petitas obtrudere, quoniam per me licet (& iſta ſanè ſæpius à me fuit repetita reſponſio) licet, inquam, non ſolum graduatis, ſed quibuſlibet aliis, illas proponere. At verò eiuſdem regulæ diſpoſitionē, quaſi omnia illa crimina comprehendat, & intercludat contra ordinarios, qui nihil tantorum criminum commiſſerunt, ne quidem committere cogitarūt, opponere, iſtud non ſolum eſt libertatem eis conceſſam violare, ſed etiam eos inauditos, & forſan inſontes quaſi fiduciarios & ſimoniacos condamnare. His cum reſpōdere non poſſet, exclamat me ius calumniari et contra æquitatem latrare: Recurrit ad eaſdem fraudum coniecturas, & de

illis lõgam digreſſionẽ orditur. Sed quodnam ſit illud ius, quod ſcribit me calũniari, & quænam ſit illa æquitas, contra quam me latrantem introducit, conticet: ideoq; nulla reſponſione opus eſt: & quod me calumniatorem, & canem ex latratu proponat inter illius conſuetas iniurias reponẽdũ. Quod verò ad fraudum digreſſionẽ, & repetitas earundẽ fraudum coniecturas pertinet, inutile eſſet toties à me repetitas reſponſiones denuo repetere. Cum obiecíſſem diſpoſitionem leg. filiæ meæ à ſtipulatione procedere, & ille etiam reſpondere non poſſet, repetit quod pag. 93. iſtius cenſuræ ſcripſerat Põtificem, & Regem ab Ordinario ſtipulatos fuiſſe, vt ſi beneficiatus in poſſeſſione decederet beneficiũ ad Academicos pertineret, quod ego pa. 122. et aliquot ſequentib. falſũ eſſe docui. Cum quæſiuiſſẽ vbinã gẽtiũ inueniſſet legẽ qua fauore graduatorũ prohibitum eſſet Ordinariis reſignationes puras, & ſimplices admittere naturalem eſſe? Reſpondit legẽ 206. de regul. iur. *iure naturæ æquum eſſe neminem cum alterius detrimẽto fieri locupletiorem*: Inepta ſanè, & ridicula reſponſio. Duo erant in mea Quæſtione: vnum, vbinam eſſet lex quæ prohibitionem illam

pag. 149.

Legẽ aut regulam prohibitiuam nullam eſſe cõtra ordinarios.

cõtineret: & alterum, vbi inueniſſet eandem legem, (ſi qua ſcilicet extaret) naturalem eſſe: de vtroque eundem auctorem citauit Pomponium Iuriſconſultum in eadem lege, apud quem nihil de iſta imaginaria prohibitione: et reuera nihil de illa vnquam cogitauit ne quidem cogitare potuit. Si quis à me quæſiuiſſet vbinam inueniſſem legem, quæ vltra certum numerum ſeruos manumittere prohiberet, et reſpondiſſem legem ducenteſimam ſextã D. De Reg. Iur. qua iure naturæ æquũ eſt neminem cum alterius detrimento & iniuria fieri locupletiorem: quis non riſiſſet, tam fatuam & impudentem reſponſionẽ? Extabat enim lex Fuſia Caninia, quam ignorare non debui, & quæ iſtam prohibitionem continebat: Denuò ſi quis à me quæſiuiſſet qualis eſſet eadem lex quæ iſtã prohibitionem contineret, & ego naturalem eſſe ex eiuſdem legis ducẽteſimæ ſextæ diſpoſitione reſpondiſſem, quis etiam tam abſurdum reſponſum excepiſſet? Nemo equidem: maximè vero, quod cùm ex Cicerone in mea Animaduerſione explicaſſem conſenſum omnium Gentium legem naturalẽ eſſe, idemque tradat Caius Iuriſconſultus in l. omnes populi D. de

Si ſit lex eam falſo naturalẽ Beotium tradidiſſe.

iuſtitia , & iure , antequam lex vlla naturalis dicatur, neceſſe ſit ab omni quaſi æuo, omnium gentium conſenſu, fuiſſe conſtitutam, neque vllomodo mutari aut abrogari poſſit. Sciũt, exempli gratia, omnes qui tantillum in iure verſati ſunt, legem Fuſiam Caniniam naturalem dici nullo modo poſſe: tùm quod nullo Gentium conſenſu, ſed iuſſu dũtaxat Populi Romani fuerit conſtituta, tùm etiam quod per Iuſtinianum eiuſdē Populi Romani Imperatorē fuerit abrogata: videamus ſi ſimilis aut diſſimilis ſit de prohibitione reſignandi lex aut cōſtitutio. Nulla extat: nullam potuit tuus conſobrinus indicare: ſed quis eam dicat fuiſſe quam ille ipſe nullam eſſe aſſerit? Sic enim iſtius ſuæ cenſuræ pagina 144. *Sic*, inquit, *ordinarium fraudem facere Concordatis , quæ prohibent conferri beneficia per obitum aliis , quam Academicis in menſibus affectis , quamuis reſignatio nullo iure prohibeatur, &c.* ſi nullo iure prohibetur, vt ille ipſe agnoſcit, vbinã eſſe poteſt illa lex quę eãdē prohibitionē introducat? Quis etiã eandē legē, ſi eſſet, naturalem auſit appellare? Vbinam eſt conſenſus omnium gentium, quo aliquãdo recepta videatur? Si verũ dicit tuus cōſobrin⁹, (quod tamē ego falſiſſimũ docui)

prohibitionem reſignãdi per regulam de infirmis fuiſſe introductam, neceſſe eſt illam numquam ante eandem regulam fuiſſe ſancitam, ideóque impoſſibile eſſe, vt omnium gentium, ne quidem Eccleſiæ Chriſtianæ conſenſu introducta, ſeu recepta cenſeatur: illa enim caruerũt Chriſtiani vſque ad annum milleſimũ ducenteſimũ nonageſimum quartũ, quo, vt alibi dixi, Bonifacius octauus Papa eá condidit & ille ipſe pag. iſtius cenſuræ illam à Papa conditá fuiſſe tradit. Quid porro? Agnouit tuus conſobrinus eidẽ regulæ ſummos Pontifices derogare conſueuiſſe, cum alioquin iuri naturali derogare non poſſint. Quis igitur præter illum, legem iſtam reſignandi prohibitionem continentem, ſi qua eſſet naturalem audeat affirmare? Melius ſanè Philippus Decius, qui, vt, etiam dixi, regulam de infirmis ex qua eandem prohibitionem tuus conſobrinus hauriendam tradit, à ſola ſummi Pontificis voluntate profectam cenſet, vt, quemadmodum cæteræ omnes regulæ Cancellariæ Romanæ quæ extant, iuris poſitiui ſummorum Pontificum, non autem iuris naturalis eſſe videatur. *Ita agit Buthillerius*, inquit, *vt ſi ab eo qui dixerit hominem nocentem necandum*, *quærat*,

Sed vbinam gentium legiſti hominem necandum eſſe? Equidem, ſi quis eadem qua tuus conſobrinus fatuitate motus, illam mihi quæſtionem de nocente necando proponeret, id primum negarem hominem necandum eſſe, & contra eum ſi deliquerit, legibus animaduertendum: quod aliud ſit hominem necare, aliud illius crimen iiſdem legibus vindicare. Plures enim accuſari & conuinci poſſunt, qui alia, quam mortis pœna coërceri debent, ideoque fruſtra de illis necandis quæſtio moueretur: & quoniam iſtud de nocente homine necando proponit: ſi quis à me quæſiuiſſet, vtrum alter illius conſobrinus, qui auiam trucidauit necare liceret: non equidem illum necandum, ſed parricidarum ſupplicio puniendum reſpondiſſem. Verùm quid iſtud ad eam de qua agimus quæſtionem? nihil, niſi quod ex iſta, de necando nocente, propoſitione, id agit tuus conſobrinus, vt me tanquam de omnibus rebus notiſſimis, & quæ dubitationem non recipiunt, dubitantem introducat, & ex ea quam mihi imputat dubitatione, legem illam quæ vt ille vult, reſignare apud ordinarium, & reſignationes admittere prohibeat, facilius perſuadere

poſſit : Repetit denuò fraudum obiectionem,cui ego tàm ſæpè reſpondi: *Academici*, inquit, *non dimicant contra reſignationes ſimplices,ſed contra fraudes quas puræ & ſimplicis reſignationis colore latere cupit Buthillerius,&c.* Quid igitur iſta,quæ pag. quinquageſima ſexta iſtius Cenſuræ ſcripſit, nullam à moribundis in menſibus obnoxiis reſignationem,ſeu ſimplicem, ſeu reciprocam, per Ordinarium admitti poſſe,quæ re ipſa non ſit in fraudem Concordatorum, & Academicorum? Quid iſtud aliud eſt, quam contra eaſdem reſignationes dimicare? At ego contrà, eas fraudes,ſi quæ ſint, & lateant, non ſolum perquirendas, ſed grauiter puniendas ſemper exiſtimaui : dummodo aliunde quàm à regula perquiramus. Dixi nec repetere hoc loco pœnitebit, ideo regulam de Publicandis factam fuiſſe, ne per reſignationes in fauorem,quæ fiebant in Curia Romana, ſucceſſiones, & quaſi teſtamentariæ in beneficiis hæreditates in fraudem ordinariorum collatorum admitterentur : hanc veram eſſe regulæ cauſſam docui, eamque ad Ordinarios quorum contemplatione facta fuerat nullo modo pertinere. Iſta igitur fraudis,

quæ re vera non eſt, conſideratione ex-
cepta,ſi Beneficiatus,& Ordinarius vtan-
tur illicitis pactionibus, quas tuus conſo-
brinus fraudes appellat, per me ſemper li-
cuit,licétque, vt ſæpe dixi, illas propone-
re. Et cum de coruis eludendis obiecit,
debebat agnoſcere, me ſcripſiſſe contra
eos qui in vitas Beneficiatorum inqui-
runt,non autem de his, qui patienter va-
cationes expectant. Quod de meis Com-
mentariis ſcribit, reſpondeo nihil etiam
ad eam de qua agimus tractationem, &
quantum ad quæſtionem ante editam,
ſi quid mendosè in ea, nec non in mea
Animaduerſione ſcriptum ſit,non pigue-
rit retractare, ſed me nihil quod retracta-
ri debeat à Suilla & Boaria ſecundum ſui
cognominis ſignificationem conſobrini
tui cenſura agnouiſſe. Hæc cum dixiſſet
Buthillerius, legit ea quæ pagina 23. &
aliquot ſequentibus ſuæ quæſtionis ſcri-
pſerat: ea quæ ex iiſdem in tua defenſio-
ne in tria capita te collegiſſe dicebat, ſci-
licet fidem, legem & æquitatem: ea quæ
in ſua Animaduerſione reſpondit, & quæ
denuò adieciſti in iſta tua cenſura. Et cer-
pag. 150. 151. & 152. tè, mi couſine, ego puto quòd nimis cu-
riosè pontillas perquiris, quoniam illam
parti-

partitionem eum feciſſe & de illis tractaſſe ſeparatim, probare non potuiſti: & debebas te contentare de eo quod ſcripſit in ſua Animaduerſione omnia ad æquitatẽ eſſe reducenda, vt ſi quod contra eam factum ſit, omnino rejiciamus: quod reductio illa aliter, quàm ad omnes formas, & ſpecies æquitatis intelligi non poteſt, & quod ea quæ de iiſdem formis æquitatis adjeciſti ſunt inutilia, & à veſtra quæſtione prorſus aliena. Iterum reaſſumit parolam Buthillerius. Orditur, inquit, conſobrinus tuus aliam cauillationem, ex eo quod ſcripſeram in mea quæſtione eos qui iuribus ſuis vtuntur nemini facere iniuriam, licet ex eo damnum alter patiatur maximè ex l. Proculus D. de dãno infec. *Niſi*, inquit, *tota illa lex hanc totam Buthillerÿ regulam refellat, & iniquam eiuret: aut ſi vllus in iure apex qui regulæ faueat, non deprecor, quin ego is ſim quem in tota Animaduerſione me eſſe impudentiſſimè mentitus eſt, &c.* Videamus quid præſtet. Cum enim ille reſpondiſſet in ſua defenſione, nullam eſſe talem in iure regulam, quin omnia iura reclamare, cum obliqua ſit, & ego in mea Animaduerſione probauerim eam veriſſimam eſſe, *falſiſſimum eſt*, inquit, *ea ra-*

De Dãno dato et accepto

tione cauſſam damni vicino datam nec Proculus hoc dicit, imò contrarium dicit, neque enim damnũ vicino fieri, licet forte vicinus lucro prohibeatur, &c. & paulo poſt, *itaque*, inquit, *deleat de ſua regula Buthillerius, licet ex ea damnum alter patiatur, &c.* Omnem iſtam argumentationem, more tui conſobrini, verborũ inuolucro obſcuram his duabus pro poſitionibus arbitror contineri: Prima eſt, qua hi qui iuribus ſuis vtuntur, licet forte vicinus lucro prohibeatur (ſunt enim hæc ipſiſſima verba tui conſobrini) nullum damnum feciſſe, ne quidem damni cauſſam præſtitiſſe: et ſecunda, qua is qui eo lucro quod poſſidebat priuatus eſt, nullum damnum accepiſſe videatur. Primam agnoſco, at vero ſecundam pernego, imò falſiſſimam eſſe probo, ex his quæ tradit gloſa in l. vni. c. de ſentent. quæ pro eo quod inter. proferunt. in verbo *poſſible*, damnum emergens, à lucro ceſſante pro ficiſci, vnde colligere licet damnum in lucro ceſſante conſtitui, vt ſcilicet, quemadmodum ait Varro, damnum à dẽptione cum minus re factum, quam quanti conſtat. Et Caius Iuriſconſultus ab adẽptione, & quaſi diminutione patrimonij dictum ſit, ea ſignificatione lucrum, & dã-

l. 4. de lingua Lat.

l. 3. D. de Dam. infect.

num coniungit Vlpianus, vt quod ab eo lucro quo fruimur priuati, damnũ nos accepiſſe ſentiamus, imò & in eadẽ ſignificatione damnoſam diem quæ noſtram ætatem minuat appellat Horatius

Damnoſa quid non imminuit dies?

Idque in eadem de qua agimus facti ſpecie explicat Iuriſconſultus, *Trebatius*, ait, *eum accipere damnum cuius ædium luminibus officiatur, &c. Accipere*, inquit, *id eſt pati*, adeo vt quod alibi Iuriſcõſulti lucri priuationem appellant, in eo cuius ædium luminibus vicinus officit, quẽadmodum etiam in eo cuius putei venæ præciſæ ſunt, id ipſum damnum appellentur: & qui ea paſſi ſunt, licet nullam damni actionem habeant contra eos qui iuribus ſuis vſi ſint, damnum dicantur accepiſſe. Hinc appoſitè Paulus Caſtrenſis tradit quod ſatis lucratur, qui voluntatem ſuam adimplet. Et è conuerſo ſatis dicitur damnum pati, cui aufertur quod ſibi placet: licet enim is qui cauſſã vidit prohibiti lucri aut ex ea recepti dãni, nulla, eiuſdẽ damni nomine, actione teneatur, tamen actus remanet, quo re vera ſiue ædes, ſiue agri deteriores fiunt, & eorum domini hoc detrimento, ſeu potius damno afficiantur.

in l. apud Iulianũ D. Ad Senatus. Trebellia. l. Trebatius eod. tit. D. de dam. infect.

in l. Cuni ſeruus num. 13. de cõdict. cauſ. dat. In Annot. in Pãdectas l. Jus ciuile.

tur, Et ſi quis damnum patitur, alter iure ſuo non vtitur, non autem, vt nugatur Buthillerius, qui iure ſuo vtitur, licet alter damnum patiatur, regulá certè, pro lege accipimus. Et ſi illius auctorẽ perquirerẽ quẽ nominaret? Anne Pomponiũ Iuriſconſultũ? Pudebit vt opinor. Quem igitur? Se ipſum. Sed quis eſt ille, quem ſuo iure vti ſcripſit, & quis alter quem damnum non pati arbitratur? Inducamus exempli gratia Titium, qui Lutetiæ Iure ſuo vtitur, & Sempronium qui Burdigalæ commorans nullum damnum patitur, quis vnquam ex re tam aperta, & quæ nullam dubitationem continet, regulam, ſeu legem conficiendã exiſtimauit? Admirabilis ſanè in ſua regula propoſitio, vt Amarutes Conſtantinopol. degens nullam damnum patiatur, & Iohannes in Anglia commorans iure ſuo vtatur. Multò ineptior poſterior pars eiuſdem Beotianę regulæ, ſi quis damnum patitur, alter ſuo iure non vtitur. Conſtituamus eundem Titium Lutetiæ damnũ pati, aut quoniam illius ædes combuſtæ, aut quia fures magnam pecuniæ quantitatem à domo ſua abſtulerint; ideone alterum veluti Sempronium, qui Burdigalæ degit, iure ſuo non vti aſſeremus? Hæc

in l. Iure natur. D. de verb. ſignific.

quam putida, & abſurda ſunt, nemo eſt qui non videat. Sed ineptiſſimum & falſiſſimum quod ſcripſit me nugari in iſta propoſitione, Qui iure ſuo vtitur, licet alter damnum patiatur: quoniam longè diſtat ab iſta propoſitione, illa, quam ex Iuriſconſultis tradidi in mea Animaduerſione regula, *Eos qui iuribus ſuis vtuntur nemini iniuriam facere, licet alter ex eo damnum patiatur.* Qua fronte ex iſtius regulæ verbis iſta deleuit tuus conſobrinus, *nemini iniuriam facere*, ſi illa commẽtus fuiſſem, liceret illi forſan eadem reiicere: ſed omnes fere Iuriſconſulti iiſdem, aut ſimilibus verbis vſi ſunt, vt qui iure ſuo vtuntur nemini iniuriam, damnum, aut fraudem vlli intuliſſe cenſeantur: & ſi illa reſtituat, quẽadmodum ex iiſdem Iuriſconſultis reſtitui debent, in eodem loco, ex quo illa tuus conſobrinus deleuit, regula integra & talis quam ego ſcripſi remanebit. Cum in ſua defenſione duas actiones ex l. Proculus tradidiſſet, vnã lucri prohibiti, & alteram damni infecti, & ego reſpondiſſem in mea Animaduerſione, ne verbum quidẽ in illa lege de iſtis actionibus ſcriptum eſſe, fatetur tandem eas non eſſe in caſu legis, ſed in legis ratione: atqui ille ipſe eaſ-

Contra actiones à Beotio propoſitas, lucri prohibiti et Dãni Infecti.

dem actiones non in ratione legis, ſed in ipſa lege conſtituit: ſic enim pag. 31. ſuæ defenſionis. *Quod vel ex ea lege quam citat Buthillerius ſatis manifeſtum eſt, quæ dum actionem excipit lucri prohibiti, apertè confirmat actionem infecti damni, &c.* Ad quid igitur contra ſe ipſum iſta diſtinctio non ex lege, ſed ex ratione legis? Et nihilominus ſi de illa ratione agamus, quænam illa quæ actionem damni introducat? Nulla. Loquitur quidem lex de ſtipulatione damni infecti, ſed ex ea nullam dari actionem reſpondit Vlpianus ex Proculo. Vnde igitur in eo textu, aut in eius ratione actionem damni confirmatam ſomniauit? Vbi eſt illa ratio, qua aliam actionem lucri prohibiti auſus eſt imponere? Nouam denuò orditur cauillationem, totus enim cauillationibus ſcatet, cum in mea Quæſtione exẽplum propoſuiſſem, de eo qui in vicini ſui agro, cuniculo, vel foſſa aquam auocabat, accuſauit me, quod verba legis imperitè mutaueram: & cum in mea Animaduerſione reſponderim, me textum legis referre non inſtituiſſe, neque retuliſſe, ſed illius ſenſum expreſſiſſe, ita vt à ſententia Iuriſconſulti nihil mutauerim, ideoque nihil ſubeſſe quo imperitiæ accuſarer: ille

Quod Buthillerius nihil mutauit in textu l. Proculus.

nihil à ſententia Iuriſconſulti, immutatum à me cauſatur in ſua cenſura, ſed ea verba ſcripta in lege, *Si in vicino tuo agro*, aliter intelligi non poſſe quam de meo nō de vicini, aut vicino agro, de quo ſcripſeram in mea Quæſtione & clarius in Animaduerſione. Verba legis ſūt hæc, *ſi in vicino tuo agro cuniculo, vel foſſa aquam meam auoces, &c.* Ea ſi referre veluiſſem, & eorum loco agrum vicini expreſſiſſem, haberet tuus Conſobrinus contra me iuſtæ accuſationis cauſſam: ſed quemadmodum dixi, verba quibus vſus ſum, ſatis ſuperque probant me illa neque expreſſiſſe, neque exprimere voluiſſe: iſta enim ſunt in mea Animaduerſione, *Id voluit Iuriſconſultus eum ſcilicet, ex vicini ſui agro, aut ex vicino, foſſa vel cuniculo aquam auocare.* Vides Magiſter quæ, et quanta ſit conſobrini tui cauillatio, & quanta ſub neſcio quo verborum inuolucro impoſtura. Similis prope eſt ea, quam adjicit de particulis, *an, & aut. Non diſſimulis eſt infantia,* inquit, *cū in eadem lege, aut, pro an ſubſtituit: ſi quidem apud Latinæ linguæ peritos, harū particularū non parua differentia eſt, nam cum aut diſiungere ſoleat, an etiam quærere, & poſt vtrum poni conſueuit, vbi aut nullus eſt locus niſi è*

De particulis an, & aut.

ludo Buthilleriano, tanquam ex equo Troiano prodierint noui Latinitatis artifices. Hæc ille ſupercilio grammatico. Sed à me ediſcat apud bonos, & probatos authores, particulam *an* pro *aut* plerumque accipi quemadmodum apud Ciceronem *ſumma*, inquit, *ſenectute M. Cato legem ſuadens, in Galbam multa dixit, quam orationem in origines ſuas retulit paucis antequam mortuus eſt, an diebus, an menſibus*, Et apud eundem. *Non hic te ad menſem Ianuarium expectamus ex quodam rumore, an ex literis tuis ad alios miſſis, &c.* in quibus locis, *an* particula non eſt poſita poſt particulam *Vtrùm* quaſi quærendi modo, ideoque pro *aut* manifeſte ſcripta eſt, nec aliam interpretationem poteſt recipere: ſicque licet mihi contra illum tam ſubtilem, & elegantem Grammaticum aſſerere, nihil putidum fieri, (niſi Ciceronem putidum appellet,) ſi loco particulæ *an* particula *aut* apponatur. Et nihilominus iſtarum particularum prætextu inſurgit, nouas iniurias in me conjicit quaſi latinè, & emendatè loqui imperitiam eſſe dixerim, et quaſi bonis litteris bellum indixerim. Graues auctores citat, qui linguæ latinæ elegantiam in Iuriſconſultis requirendam tradiderunt, & aſſerit

in Bruto.

l.1. Epiſt. ad Atticum Epiſt. 2.

me exiſtimare neminem peritum Iuriſcõſultũ eſſe, niſi qui imperitus ſit germanæ Latinatis. Veneror auctoritates quas ci-tat,ſed nihil ad noſtram Quæſtionem pertinent: & cætera quæ in me ſcribit falſiſſima apparent, ex his quæ in mea Animaduerſione ſcripta ſũt,in quibus, ne verbum quidem eorum quæ mihi imputat,quaſi ſi ea dixiſſem aut ſcripſiſſem,liceat reperire. Sed ita conſueuit imponere tuus conſobrinus, qui non minus impoſturis, quàm cauillationibus tumeſcit. Repetit diſtinctionem qua nititur de damno dato, & damno accepto:cui ego reſpondi, nec repetitione opus eſt. *Scripſi*,inquit,*in mea reſponſione pag.32.legem Proculus de prohibendo lucro veram eſſe ſi ſeruitus non ſit impoſita: quia cum ſeruitus conſtituta eſt,neque licet luminibus officere, neque aquam a vicini agro auocare: Buthillerius autem:ſi vera eſt,inquit, qua fronte Regulam a me propoſitam, et ex eiuſdem legis textu deſumptam, nullam & iniquam eſſe aſſeruiſti? ſerena quidem & ſana, &c.* Imo vero (ſi rationem quam ille ipſe ſcribit attendamus,)obſcura & rugis exarata:quoniam illam conſtituit in illa ſua lege, aut Regula.*Nemo damnum,&c.* quam ego falſam eſſe probaui : falſa autem,ne-

pag. 161. et 162.

que ſerena, neque ſana dici poſſunt. *Damnum*, inquit, *non facit qui ſuo iure vtitur, hoc certum eſt, licet alter damnum patiatur, ineptũ eſt.* Rationẽ reddit *In ſumma*, inquit, *ſi dãnum patitur is qui damnum infert, ſuo iure nõ vtitur.* At ego contrarium probaui, luminum in ædibus priuationem, & in agro aquæ deductionem, illis qui & luminibus, & aqua fluente fruebantur, maximum detrimentum, & damnum intuliſſe, licet cõtra eum qui luminibus offecit, & aquam abduxit, cũ iure ſuo vſus ſit, nulla de dãno actio tribuatur. *Interea*, inquit, *ſtimulis conſcientiæ actus ſua in ſe arma vertit, manuſque dat non veritati, ſed populo*, Et paulo poſt, *Nam priorem quidem ſententiam retractat, &c.* Et hæc omnia falſa. Id dixi ex Vlpiani ſententia, eum qui nulla cauſſa impulſus niſi vt vicino duntaxat noceret, licet ſuo iure vteretur, aliquid in fundo ſuo faceret, quo idem vicinus aliquid incommodi, aut detrimenti recipiat, damnum feciſſe videatur. Quid hoc contra eam quam propoſui regulam. *Eum qui iure ſuo vtitur, nemini facere iniuriam, licet alter damnum ex eo patiatur?* Nihil prorſus: quoniam re vera non vtitur, ſed abutitur. Quàm ineptè repetat l. iure naturæ 206. D. de regulis iur.

docent ea quæ idem probat contra eum qui abutitur, quoniam eo abuſu locupletior dici non poteſt. Repetit etiam eam toties repetitam reſignandi prohibitionem, quam nunquam probare potuit, & cui ego ſatis ſuperque reſpondi. Eandem vt confirmet, repetit etiam l. ſi in meo D. de Aqua, & Aquæ Pluu. arcen. Sed eam cum aliis ſimilibus citauerat in ſua reſponſione pag. 30. 31. & 32. quibus ego etiā reſpondi. Foſſionem qua aqua auerti poteſt, cum reſignatione comparat, quàm ineptè, verborum, & rerum diuerſitas teſtatur, quemadmodum illarum differentiam, in mea Animaduerſione pag. 111. explicaui, & iſtud maximè quod ſeruitute cōſtituta prohibitum ſit terram fodere, ſi ex ea foſſione aqua à vicini agro, contra eiuſdem ſeruitutis impoſitionem auertatur. At verò nulla prohibitione, & nulla ſeruitute contra Ordinarios exiſtente, liberum eſt illis reſignationes admittere, ſine vlla exceptione, quemadmodum vnicuique terram ſuam fodere, quando, & vbi velit, ſi nulla ſeruitute impediatur. *Iſtud enim eſt*, inquit, *quod dicitur ſecundum quid, ſimpliciter arguere, ſuamque in Dialectica infantiam prodere*. Quid iſtud? Anne quod prohibitū

pag. 164.

Foſſionis et Reſignationis comparationem ineptam eſſe.

pag. 165. et 166.

ſit aduerſus conſtitutionem ſeruitutis aliquid agere, & quod non ſit vllo modo prohibitum reſignare? Egregiæ ſunt ſanè iſtæ Dialecticæ, ſeu potius Beotianæ præceptiones. Hinc arrepta occaſione probare nititur tuus conſobrinus, neceſſariam eſſe illis qui iuriſprudentiam profitentur Dialecticam didiciſſe, me illius lumine deſtitutum, & præter quendã vſum forenſem nihil ſapere, & tanta rerum inopia deſtitutum, vt, quomodo tamdiu ſuſtinuere potuerim, non poſſit diuinare. Neceſſitatem illius ſcientiæ agnoſco, nec ad illam probandam auctoritates illæ erant perquirendæ, Quid profecerim cum ei operãm darem, quæ apud me ſit ſcientiarum inopia, & quid me ſuſtinere potuerit non eſt præſentis inſtituti: Id vnum profeſſus ſum ab ipſo initio meæ Animaduerſionis, me cauſſarum patronum per quadraginta ſex annos in foro, in omnium oculis verſatum fuiſſe, notas eſſe infinitis hominibus, & maximè his, qui ſupremos magiſtratas in hoc regno adminiſtrant, imò & ipſis Principibus meas actiones, in quibus quid ſaperem, quid ſcirem, omnes palàm & publicè agnoüerunt. Hæc ſunt, quæ ſine vlla tui

Quid Buthillerium ſuſtinuerit.

conſobrini diuinatione, meo merito, non autem vlla beneficiorum vacantium
pag. 167. ſorte, me ſuſtinuerunt. Aliam commentus eſt impoſturam, me ſcilicet ſanctiones Pontificum, & Regum, imaginarias appellaſſe, & ſtatim textum Concordatorum citat, quæ ego tanquam veriſſima, & non imaginaria amplector. Laudo etiam Renati Chopini opinionem, vt doctis hominibus, & probis beneficia conferantur. Sed quid iſta contra ea quæ ſcripſi in mea Animaduerſione, nempe imaginariam eſſe quam tradit tuus conſobrinus ſeruitutem prohibentem Ordinariis collatoribus reſignationes beneficiorum admittere? Iſtudne eſt, Concordata, tamquam imaginaria reiicere & reprobare? Imò ex ipſis Concordatis probaui poteſtatem admittendarum reſignationum, contra priuilegium Graduatorum, Ordinariis fuiſſe reſeruatam, quod tuus conſobrinus hoc loco ſuppreſſit, & alio loco reſeruationem iſtam tanquam abuſiuam accuſauit. Quis igitur noſtrum aduerſus Concordata ſcripſit? An ego qui auctoritatem illorum ſequor: an ille qui partem illorum abominatur? Cætera inquit, pagina 115. vana ſunt, & puerilia, ſed ratio-

nem iſtius vanitatis & puerilitatis non expreſſit. *Non prætermittam tamen*, inquit, *iſtud quod valde ridiculum, nemo non dixerit, quod in comparatione filij qui bona paterna, & Academici qui beneficia menſibus affectis vacatura expectat, cum de Academico loquitur, homo minimè malus, & linguæ latinæ imperitus me de filio verba facere arbitratur, &c.* Iſta etiam mera cauillatio, cum eum in ſua reſponſione, de iure quod ſperat filius in bonis patris, ſcripſiſſet, & clauſulam quæ ſequitur immediatè ſubieciſſet, *ſaltem ius habet ad Beneficium ex affectione & reſeruatione cuiuſmodi Concordata irrogarunt, &c.* Cùm iſta clauſula ad proximam præcedentem quæ de futura ſucceſſione patris loquitur, prima fronte referenda videretur, ſcipſi in mea Animaduerſione, mirandum eſſe, quod ſcripſiſſet filium, cùm de bonis paternis ageretur, ius habere ad beneficium: ſed quoniam, ſenſu forſan deficiente, filium pro Graduato, aut contrà accepiſſet, ſcripſi etiam me conſentire, neque vmquam negaſſe, beneficia in menſibus affectis vacantia Graduatis deberi. Hac animaduerſione cum differentiam inter filium, & Graduatum expreſſerim: quænam eſt ea

pag. 168.

omnium ſuorum bonorum eidem Ceſē-niæ vxori legauerat: quod Fulcinius adoleſcens, P. Ceſennio hærede inſtituto, maiorem partem bonorum Ceſenniæ legauerat: quod auctione facta eundem fundum ſub nomine Ebutij ſui cognitoris ſibi addici curauerat, eumdemque poſſederat, locauerat Ceſennia, Cæcinnam ſuum maritum ex deunce & ſemiūcia, M. Fulcinium ex duabus ſextulis hæredes inſtituiſſe; ſextulam Ebutio aſperſiſſe: & quod Cæcinna eiuſdem fundi poſſeſſionem adeptus fuerat. Quid ſimile cauſari poteſt Graduatus, quo tuus conſobrinus illum ex beneficio per beneficiatum expulſum, aut excluſum fuiſſe conqueratur? Anne quod ius non ex teſtamento, quē-admodum Cecinna, ſed ex quadam eiuſdem beneficij conceſſa collatione in eodē beneficio ſibi vindicaret? Atqui ſcripſerā in mea Animaduerſione, deiectum, expulſumque ex beneficio non poſſe dici Graduatum qui nullum ius, nullam poſſeſſionē in eo habueiſſet, & ſola ſpe futuræ vacationis, ſi qua accideret, nitebatur: idque tuus conſobrinus nō negauit. Quid igitur in me imperitiæ, ſi cum Cicero deiectum, & expulſum dixerit Cecinnam,

qui titulum domini habebat ex teſtamẽto Ceſenniæ, & fundum ſecundum tabulas poſſidebat, ſi cum, inquam, iſta de Cecinna poſſidente ſcripſerit, ego è contrario ex veris propoſuerim Graduatum, neque dominum, quem Canoniſtæ beneficij Titularium dicũt, neque poſſeſſorem, deiectum, & depulſum cẽſeri poſſe? Quin potius tuus Conſobrinus imperitiæ notat Vlpianum: ſic enim ille, *Eum, qui neque animo*, inquit, *neque corpore poſſidebat, ingredi autem inciperet poſſidere prohibeatur, non videri deiectum verius eſt.* Vide Magiſter Guillelme quantum diſſerat locus Ciceronis ab ea de qua hoc loco agimus conteſtatione: me nihil quod à veritate, & iuriſprudentia ſit alienum ſcripſiſſe, & cùm me ignorantiæ accuſet, ſe ipſum ignorãtiſſimum, & imperitiſſimum prodere & exhibere. Cum quæſiuerim in caſu regulæ, quò deuenirent iſtæ Beotianæ & in vitas beneficiatorum quorum beneficia dicebat affecta graduatis, ambitioſæ excluſiones & admiſſiones, *Eò nempe*, inquit, *quo ab ipſo Buthillerio relegatæ ſũt* pag. 110. *huius Animaduerſionis, vt fraudulẽtis reſignationibus non obſtantibus, admittantur ad beneficiorum petitionem Graduati, &c.*

in l. 1. ℣. Eum qui D. de vi, et vi armata.

Atqui hoc eodem loco, de iſtis fraudulentis, his ſcilicet quæ ſimoniã, & pactiones illicitas aut alia crimina cõtinẽt, et quas, vt dixi, fraudes appellat, nõ agebamus: Et nihilominus, quãdo ita vult, quò deuenient aliæ reſignationes quæ ſine vlla tantorum criminum ſuſpitione, à beneficiatis factæ ſunt, & ab Ordinariis admiſſæ? Quid de beneficiis reſignatis, quæ dicit Graduatis affecta, ſi reſignans longè poſt viginti dies moriatur? Silet iterum, & iſto ſilentio fatuitatem, ignauiã, & malitiã ſuã detegit. Prætermiſit ea quæ pag. 117. & 118. meæ Animaduerſionis ſcripſi, quoniam nihil habebat quod reſponderet: & cum me accuſaſſet, quod nullam rationem præmiſerim, qua probatum ſit fraudum coniecturas, contra reſignationes puras, & ſimplices non eſſe admittendas: & ego contra lectorum iudicium inuocaſſem, detegit tandem ſuum mendacium, & loco eius fallæ accuſationis qua me nullam rationẽ attuliſſe dixerit, noua & Behotiana ſubtilitate, ſubjicit me nullam idoneam propoſuiſſe. At illud duntaxat erat in accuſatione, ſi nullas protuliſſem, non autem, ſi illæ, quas propoſui, eſſent idoneæ. Satis eſt ſi lector agnoſcat, vel eo ipſo teſte, falſam

eſſe accuſationem: nam quod hodie objicit nullam earum idoneam eſſe: Ego contra idoneas, & tales eſſe dico, vt illis nihil potuerit reſpondere, quemadmodum in multis locis probaui. Accuſat me denuò, quod eiuſdem rei cauſſam inſtaurem, quaſi verò accuſari poſſum, quod probem denuò ea vera eſſe, quorum probationem a me prætermiſſam calumniatur. Repetit ea ipſa quæ de fraudibus tam ſępè objecit, vt hæ quæ à regula dependent cum aliis fraudibus, quæ re vera crimina continent, malitioſe confundat: & nihilominus rectè ageret fortè, ſi diſtinctionem quam ille ipſe ſcripſit, perſequeretur. *Cum enim*, inquit, *de infirmorum reſignationibus, quod ad noſtrũ inſtitutum attinet, duæ ſint quæſtiones, altera, an regula habeat locum in ordinario, vbi de Academicorum iure agitur, altera, an ſecluſa regula ius ſit Academicis, ex conjecturis, & fraudum probatione reſignationes infirmorum oppugnare, &c.* ſi, inquam, diſtinctionem iſtam perſequeretur, res forte aliquatenus conciliari poſſet, ſed ſtatim digreditur, eãdem diſtinctionem rejicit & cum fraudes quæ ad regulam pertinent, ab aliis diſtinxiſſem, ille nulla reddita ratione meam diſtinctionem tanquam erroneam delendã

pag. 172.

cenſet. Cum ſimilitudinem rationum, quæ regulis de Publicandis reſignationibus, & de infirmis reſignantibus cauſſam dederunt, explicaſſem, compoſuit ex ſuo cerebro, tanquam ex his quæ ſcripſeram, argumentum falſiſſimum certè, neque à me vmquam cogitatum, & quod impoſſibile eſt ab his quę ſcripſi colligere: deinde ita vociferatur: *Vbi*, inquit, *ex vero antecedenti, falſa omnino conſequentia eſt? Nam ſola quidem ſpes, & expectatio Academicorũ non facit vacare beneficium &c.* At quis vnquam dixit vacationem à ſpe, & expectatione Acadẽmicorum procedere? Nihil huiuſmodi in mea Animaduerſione, in qua id egi, vt probarem vitio non verti, neque fraudum coniecturas admittendas vllum tradidiſſe, contra reſignationes beneficiorum, quę cum in Romana Curia fuerunt admiſſę, reſignatarij, ſeu etiam ipſi reſignantes eas anno aut biennio ſecretas conſeruarunt, reſignantibus in beneficiorum poſſeſſione conſeruatis, & cum reſignantes durante vno ex menſibus affectis in morbum incidiſſent, iidem reſignatarij, ſignaturis ex arca vbi latebant acceptis, dum adhuc viuunt reſignantes eorumdem beneficiorum poſſeſſionem adi- *pag. 173.*

piſcuntur, publicant, & ea ratione eludunt Graduatos, quibus per mortem beneficiatorum eodem menſe defunctorum beneficia debebantur. Iſtud inquam ego per regulam de Publicandis & eius ſimilitudine idem obſeruandum tradidi in regula de infirmis, quod vtriuſque cōdendę cauſſa eadem eſſet, ne beneficia per ſucceſſionem relinqui poſſent: & ſanctuarium dei hæreditarium redderetur: hæc, cum clare & aperte a me ſint explicata, & tuus conſobrinus reſpondere non poſſet, imponit me ex ſpe & expectatione graduatorum vacationes beneficiorũm introduxiſſe. Aliud proponit argumentum his
pag. 174. verbis: *regula de Publicandis locum habet in menſibus Academicorum, efficitque vt beneficia tum vacantia ſint eis affecta, nonobſtantibus reſignationibus ſeu a ſummo Pontifice ſeu ab ordinario admiſſis: igitur & regula de infirmis, &c.* Debebat tuus Conſobrinus antequam vllam argumentationem proponeret, ei quam ſcripſeram reſpondere: ſed quoniam non potuit, ego ſuam tanquam æquam & iuſtam reciperem, ſi in vna & altera regula de Publicandis & de Infirmis eadem eſſet ratio quemadmodum ille etiam aſſeruit. Cauſſam equidem qua v-

craque ſancita fuit eandem fuiſſe agnoſco, ne ſcilicet beneficia teſtamento & quaſi ſucceſſorio quodam Edicto, propinquis aut aliis, quos beneficiati ſibi eligerẽt ſucceſſores, relinquerẽtur: ſed rationem ſeu potius diſpoſitionem earũdem diuerſam eſſe, quoniam regula de Publicandis expreſſis verbis ſancita eſt, vt contra reſignationes admiſſas non ſolum in curia, ſed etiam extra curiam, ideoque etiam in ordinario collatore locum haberet, quod de regula de infirmis dici non poteſt, in qua iſta verba etiam extra curiam non reperiuntur: & ne diſtinctionem iſtam à me inuentam cauſetur, illam à Molinæo accepi in eo loco vbi quæſtionem mouit an hæc regula ſcilicet de Publicandis de qua tractabat, haberet locũ in ordinario vbi numero 235. hæc quę ſequuntur ſcripta dereliquit. *Non obſtat ſecundum, quia regula præcedens (ea eſt de infirmis reſignantibus) nõ loquitur nec congruit in ordinario, vt ibi dictũ eſt, prout verba huius regulæ neceſſario conueniunt, & includunt ordinarium, &c.* Itaq; cum diuerſæ ſint iſtarum regularum diſpoſitiones, falſa eſt concluſio tui conſobrini, qua dixit eandem regulam de infirmis habere locũ in ordinario, ex eo quod

In Reg. De Publican. Num. 255. et aliquot ſequentibus.

eadem regula de Publicandis in eodem ordinario, ſit obſeruanda. Tertiam proponit argumentationem, ſed quoniam fundamentum illius ſitum eſt in eadem propoſitione, quam de ſpe & expectatione graduatorum ſumniauit, ſatis eſt reſpõdiſſe, me nunquam de huiuſmodi vaca-
pag. 175. tione cogitaſſe. *In ſũma agit Buthillerius*, inquit, *de reſignatario qui non incidit in regulã de Publicandis, & propterea non officit ſpes Academicorum, &c.* At iſtud etiam nunquam ſcripſi, neque cogitaui, hæc eſt alia recens impoſtura quemadmodum & ſubſequens qua ſcribit, me credere regulam
pag. 176. de Publicandis eſſe iniquam, *longe aliud eſt*, inquit, *moribundum repudiare quod retinere non poteſt: ordinarium collatorem beneficij ſibi perituri maturare, nuperum reſignatarium anhelum, auertendoque lucro inſudantem, in poſſeſſionem præcipitẽ ferri, quam eum in poſſeſſionem mitti cui reſignatio iam ſibi credita, menſe forte libero, & ab incolumi, omne concilium fraudis in Academicos excludit, cuius vituperaretur negligentia, ſi occaſione de eſſet, &c.* Imo vero longe aliud eſt, contra prohibitas in beneficiis teſtamentarias ſucceſſiones, & hæreditates, vt reſignatione admiſſa ſignaturam prouiſionis in arca re-

condat reſignans, ſeu reſignatarius, idem reſignans in poſſeſſione remaneat, & reſignatarius poſſeſſione adepta, paucis diebus antequam idem reſignans decederet, beneficium conſequatur: longe inquam diſtant hæc omnia, quæ ad regulam de Publicandis pertinent, ab ea reſignatione, qua beneficiatus nulla lege prohibente, imo ex decretorum Pragmaticæ ſanctionis & Cõcordatorum expreſſa reſeruatione, in manibus ordinarij a quo acceperat, beneficium reponat, vt libere remota omni conditione & intentione ſuccedendi cuicumque voluerit idem beneficium conferre poſſit. Si quid ſimoniæ, confidentiæ, aut illius pactionis illicitæ lateat ſub iſta reſignatione pura & ſimplici in manibus ordinarij facta, nolim vllo modo, vt ſæpe ſcripſi eorum perquiſitionem, imo cohertionem, impedire. Id poſſum aſſerere, ſi ea quæ ad earundem reſignationum expeditionem & in caſibus vtriuſque regulæ executionem pertinent, et quæ apparent, velimus perquirere, omnia in reſignationibus quæ ex regula de Publicandis poſſunt accidere, non autem in his quas ſub regula de infirmis tuus conſobrinus ſubjicit, fraudulenta apparebunt. Conſtat re-

gulam de Publicandis id expoſcere voluiſſe, vt reſignatarius intra ſex menſes poſſeſſionē adipiſcatur, & publicet: quod ſi factum non fuerit, hæc prima eſt ſuſpitio, imo probatio fraudis, quæ palam & publicè innoteſcit, qua reſignans, & reſignatarius id cenſentur egiſſe, vt reſignans poſſideat fructuſq; beneficij percipiat, reſignatarius titulum ex ſignatura prouiſionis ſecreto retineat, et ſi quid aduerſi accidat reſignanti, eandem ſignaturam prouiſionis detegat, in poſſeſſionem irruat, publicet ante obitum reſignantis, & illo mortuo idem beneficium quaſi hæreditarium ex illa teſtamentaria ſignatura poſſit retinere. Denuo ſi reſignans eiuſdem beneficij fructus anno, biennio, aut etiam maiori tempore, ſuppreſſa reſignatione percipiat, quis negabit eam non ſolum intentionem, ſed etiam pactionem, & conditionem initam fuiſſe inter reſignantem & reſignatarium, vt idem reſignans titulo beneficij ex ſignatura penes reſignatarium quaſi ex depoſito exiſtente in eadem poſſeſſione & fructuum perceptione conſeruetur? Et poſtmodum ſi tempus mortis eius qui reſignauit expectet reſignatarius, vt poſſeſſionem acci-

piat, quis etiam negabit id fieri, vt cum reſignans quamdiu vixit fructus beneficij perceperit, nec diutius viuere & ſupereſſe poſſit, reſignatarius tanquam hæres poſt obitum eiuſdem reſignantis, beneficium cum fructibus pleniſſime conſequatur? Aperta ſunt iſta omnia & cunctorum oculis ſubiecta, nec alia probatione indigent, quibus vacationem per obitum impeditam, ſeque fruſtratos fuiſſe merito graduati conqueri poſſunt, ſi reſignans in vno ex menſibus reſeruatis moriatur. Et nihilominus receptum eſt vt cum ſummus Pontifex in admittenda reſignatione, & reſignatarius in adipiſcenda poſſeſſione, & in illius reſignatione et publicatione iuribus ſuis vtantur, receptum eſt, inquam, vt illis fraudum coniecturis non poſſint accuſari. Nullæ extant ſimiles fraudum apparentes & probatæ coniecturę in puris & ſimplicibus factis apud collatorem ordinarium reſignationibus. Illæ palam conficiuntur, reſignat beneficiatus per ſe vel per procuratorem: admittit reſignationem ordinarius collator, & confert beneficium ei cui vult: quemadmodum conferret ſi morte beneficium vacauiſſet: adeo vt nullæ fraudum

coniecturæ appareant. Cum igitur apertæ ſint hæ quæ in caſu regulæ de Publicandis committuntur, & illas non liceat proponere, quid cauſſæ eſt, qua in caſu regulæ de infirmis, ſimiles quæ nõ apparent perquirendas comminiſcuntur? Hæc eſt in mea Animaduerſione inter vtramque regulã argumentatio, quam tuus conſobrinus ad ſui cerebri fatuitatem conatus eſt detorquere, licet clara & nulla verborum ambiguitate ſit obuoluta, et quam iterum libuit explicare. Cum ego propoſuiſſem fraudes, quæ palam & aperte fiunt in admittẽdis per ſummum Pontificem reſignationibus, & in beneficiis quę apud eas vacant conferendis, in quibus derogationem regulæ de infirmis paſſim adſcribunt propter plenitudinem eius quam habet poteſtatis. Ille mihi ex eadem poteſtatis plenitudine reſpõdit Papam regulæ quam ipſe fecit derogare, & ſimoniam, ſi quæ ſit implicita, in reſignationibus quæ in fauorem fiunt, in curia Romana purgare poſſe. De ſummi Pontificis poteſtate nunquam dubitaui: ſed id egi, vt docerem beneficiatos infirmos, vrgente morbo in mẽſibus graduatorum omnes fraudes nectere, vt vacationem per ſuum obitum impediant, &

pag. 176.

ſuis nepotibus,conſobrinis, aliiſque conſanguineris, beneficia quæ poſſident reſignationibus quaſi teſtamentis derelinquant. Earum quas ſcripſi nullam tuus cōſobrinus denegauit : ſunt enim quemadmodum dixi de his quæ fiunt contra regulam de Publicandis veriſſimæ : & cùm adjeciſſem ſummum Pontificem in iſtis reſignationibus & derogationibus vti ſuo iure,ideoque nullas fraudum coniecturas contra eas admittendas:eademque ratione ſimiles non eſſe admittendas in his reſignationibus, quæ fiunt in manibus collatorum ordinariorum ſcripſiſſem, quod etiam iure ſuo vtantur ; quid reſpondit tuus conſobrinus?nihil etiam,præter eandem ſummi Pontificis quam ego propoſueram poteſtatis plenitudinem. Hic obiter liceat quaſi tranſeundo notare,quanta & quam malitioſa ſit tui conſobrini ignorātia : ſcripſit enim, imo aſſeruit legē quæ prohibitionem reſignandi in manibus collatorum ordinariorum continet, & quā ex textu & verbis regulæ ſe dicit colligiſſe,naturalem eſſe: & nihilominus iſto loco à Papa factam,ideoque iuris poſitiui eſſe confitetur. Qua ratione igitur naturalē eſſe auſus eſt aſſerere. Quod de clauſula *pag. 177.*

derogatoria ſcripſit, veriſſimum ſane exiſtimo nempe illam odioſam eſſe, nō quod iuribus graduatorum præiudicium adferat, vt ille ait: ſed quod eaſdem fraudes reducat, quæ erant antequam regula condita fuiſſet: fraudes, inquam, quibus beneficia fiebant, quemadmodum hodie fiunt hæreditaria: & per eaſdem reſignationes in fauorem factas, quas ſummi Pontifices admittunt, & quibus tanquam teſtamentis beneficiati ſua beneficia iis quibus volunt tanquam legitimis hæredibus derelinquant: per eas, inquam, iidem ſummi Pontifices priuent ordinarios ſuis legitimis collationibus, & in conſequentiam graduatos, qui iuribus ordinariorum in vacationibus per obitum vti debent, omni fere ſpe vllius beneficij ex ſuis gradibus, & nominationibus conſequendi. *Non igitur*, inquit, *ſi Papa iure derogat regulæ, ideo ius eſt Ordinariis, non modo regulæ iugum excutere, ſed & iuri cōmuni derogare, deque fraudibus diſpenſare.* De iure regulæ excutiēdo, inepta eſt propoſitio, contra ordinarios, quos nunquam ſummi Pontifices illi ſubiecerunt: Et quantum ad ius commune, neque illi derogare, neque contra illud diſpenſare, aut derogandi, & diſpenſandi

pag. 178.

poteſtatem poſtulare ordinarij cogitarũt. Bene eſt quod agnoſcit, me id voluiſſe, vt ſi licitæ eſſent in manibus ordinariorum reſignationes in fauorem, liceret Academicis eas accuſare, quamuis aliter in ſua reſponſione ſcripſerit. Præterit illa quæ ſcripſi pag. 126. 127. 128. & 129. meæ Animaduerſionis: quoniam nihil habebat quod reſponderet, præter iniurias, quarum eſt admirabilis artifex, & quas ex putido ſtomacho expulſas cæteris coniungendas remitto. *pag. 179.* Cum ſcripſiſſem in meæ Animaduerſionis pagina 129. me nihil ſcripſiſſe de mandato ſeu inſtrumento reſignationis: neq; de illa expreſſa, aut nõ expreſſa in eo conditione, et me ſatis quid vellet nõ intelligere, ille contra me accuſat nimiæ cõfidentiæ, quod reſpondere voluerim his, quæ me non intelligere ſcripſeram: additque impudentiæ iniuriam, quod ea negauerim quæ agnoui in clauſula, quam ex meæ quæſtionis pag. 31. linea 18. deſumptam his verbis inſeruit, *ſi liceret beneficiato ſuum beneficium in manibus collatoris ordinarij conditionaliter in fauorem ſcilicet ſui conſanguinei, aut affinis reſignare, eaque conditione expreſſa, non poſſet ordinarius alteri conferre, &c.* *pag. 180.* At multo maior eſt illius impuden-

tia, aut potius impoſtura:nihil enim in ea clauſula de mandato aut inſtrumento reſignationis, neque de vlla in eo expreſſa, aut non expreſſa conditione, & multo minus de Notarij ſtylo, quẽ pro graphio notariiq; calamo ſe vſurpaſſe et me ignoraſſe tradit. Scripſi fateor de reſignatione per beneficiatum facta in manibus Ordinarij, vt ſi ea conditione expreſſa, nempe exempli gratia vt alteri quam Titio beneficium conferri non poſſet, facta fuiſſet, reſignatio huiuſmodi à graduatis meritò accuſari poſſet: ſed quid in mandato, ſeu inſtrumento reſignationis, ſeu ex ſtylo, ſeu calamo notarij, vel ex illius ſcripturæ adſcribi deberet, nihil omnino: & nihilominus cum quæſiuiſſem ab eo, quando ita vellet, quid appellaret notarij ſtylum, *Stylum*, inquit, *pro graphio, notariique calamo me vſurpaſſe ignorat, &c.* Equidem id me fateor ignoraſſe, & adhuc ignorare, neque enim vnquam audiui ſtylum pro graphio, aut calamo ſcribentis acceptum fuiſſe: & nos alioquin non de calamo notarij, ſed de reſignationibus, quæ in fauorem, aut purè & ſimpliciter fiebant agebamus. Cum in ſua reſponſione clauſulam hanc inſeruiſſet, *Nec iura præſumunt*

aliquem

aliquem purè, & ſimpliciter reſignaſſe cap. ſuper hoc de renunt. &c. Cũ animaduertiſſem falſam eſſe allegationem, neque in eo textu agi de præſumptione puræ, & ſimplicis reſignationis, de qua ne verbum quidem. *Vſque adeo ne inquit frontem tibi periiſſe Buthilleri? Quid enim hæc citati capitis verba ſonant? Nulla ratio hoc veriſimile reddit, vt quiſquam beneficium multis forte expenſis, & laboribus acquiſitum, quo ſuſtentari debet, facilè ſine magna cauſſa ſua ſponte reſignet, &c.* Quid ego contra iſtam impoſturam dicerẽ, quæ tam aperte veritatem oppugnat; *Contra propoſitionem Beotij De præſumptione Reſignationis.*

Aut cum perfricuit frontem poſuitque pudorem.

alios, quaſi frons illis perierit, audet accuſare? Dixit iura non præſumere aliquẽ purè, & ſimpliciter reſignare, vt euincat quod probare ſuſceperat in ſua reſponſione, reſignationes per Ordinarios admiſſas verbis quidem puras, & ſimplices, ſed re vera conditionales & in fauorem factas: id inquam vt euinceret, clauſulam quam recitaui inſeruit in ſua iſta cenſura, eamque illius textus auctoritate, confirmari aſſeruit: quod quàm falſum ſit, eiuſdem textus verba demonſtrant, in quo nihil ſeparatim, & expreſsè, de pura, &

ſimplici reſignatione, & multominus de illa præſumptione, qua iura præſumunt, vt ille vult, aliquem purè, & ſimpliciter non reſignaſſe. Id tantum decidit textus, vt ille qui reſignat ſiue purè, & ſimpliciter, ſiue in fauorem, & ſub conditione, quoniam indefinitè loquitur, ſine magna cauſſa ſponte reſignaſſe cenſeatur: non autem, vt falſo ſcripſit tuus conſobrinus, vt qui reſignat, non præſumatur purè, & ſimpliciter reſignare voluiſſe. Probaui etiam falsò illum citaſſe L. filius familias. p. pari D. de donatio. quo probare volebat acta à morientibus elicita aut nulla, aut ſuſpecta eſſe, quẽadmodum & falſam eſſe dico eam rationem, quam vt eandem rem confirmaret, in iſta cenſura adhibuit. *Niſi*, inquit, *quod mortis cauſſa donare ſuſpectum eſt, &c.* Neque enim de illa ſuſpicione lex loquitur. Sed quod pater donandi facultatem filio non permiſiſſet, idque lõgè differt ab ea ſuſpitione, ex qua donationis nullitatem conſobrinus tuus ſomniauit. *Quaſi verò*, inquit, *de beneficiis, quaſi de pecore, aut prædiis teſtari liceat.* Id nuſquã in mea Animaduerſione ſcriptũ reperiet ideoque falſo objecit, & è contrario multis in locis teſtatus ſum, non licere benefi-

Falſum eſſe quod vult Beotius ea quæ fiunt à morientibus eſſe nulla aut ſuſpecta. pag. 181.

ciatis ſua beneficia tanquam hæreditario quodam iure poſteris relinquere: hęc quidem vera fateor, ſed penitus aliena, ab iſta de qua agimus hoc loco conteſtatione, in qua id non agebat tuus conſobrinus, vtrum de beneficiis teſtari liceret, ſed vtrum acta quæ à morientibus eliciuntur, ſeu quæ ipſi ſponte conficiunt ſint nulla & ſuſpecta, quemadmodum ille, ſine probatione, in iſta cenſura aſſeruit. Citat deinde ad eiuſdem rei probationem Conciliũ Anchorani, (quaſi id ipſum tradidiſſet) nẽpe acta à morientibus confecta nulla, aut ſuſpecta eſſe: ſed nihil etiam in eo reperire liceat, quo tam erronea & falſa propoſitio confirmari poſſit. In eo enim Anchoranus, vt iam aliquatenus explicaui, ex diuerſis circunſtantiis concludit, emancipationem filiæ ægrotæ à patre factam, vt teſtamentum conderet, & eodem teſtamẽto aliis, quam legitimis hæredibus relinqueret, nullam eſſe: maximè, inquit, conferendo ipſam ſucceſſionem in ipſum emancipatorem. Nunquam dubitaui quin variis coniecturis concurrẽtibus fraus fieri poſſit, & probari: quod autem acta à morientibus facta, nulla ſint, aut ſuſpecta, illud verò pernegaui, & ex Iuriſcõſultorũ

pag. 182. 183. & 184.

opinione,in ea ſemper fui ſententia,vt hi qui morbo confecti donant, magis morientes, quàm mortis cauſſa donaſſe videantur. Sed quid ſimile quæſtioni noſtræ apud Anchoranum. Beneficiatus in nullius eſt poteſtate, qua beneficium reſignare prohibeatur, quemadmodum filia in poteſtate patris conſtituta, ſine illius conſenſu,& auctoritate teſtamentum facere prohibebatur: certi erant filiæ hæredes,quibus iure legitimo ſine vlla menſiũ, aut alterni temporis differentia, (niſi aliter de ſuis bonis diſpoſuiſſet) illius ſucceſſio debebatur:incerti etiam, vt alibi dixi, graduati, & incertius,ſi reſeruato potius, quàm libero menſe beneficiatus moreretur:Ordinarius qui reſignationem admittit,nullum ex ea conſequitur emolumentum,quemadmodum pater emancipator filiæ ſucceſſionem quaſi præmium fraudulentę emancipationis ex Hypotheſi apud Anchoranum ſcripta, eſt conſequutus. Quid igitur ad eam de qua agimus quæſtionem concluſio Anchorani? Nihil inquam. Et nihilominus exclamat impudẽter tuus conſobrinus. *Ad te refero*, inquit, *Buthilleri, an non longe potiori iure aſſerere liceat, eum per mortem imminentem beneficiato*

ipſum beneficium in Academicos ex Concordatorum lege purè deriuetur, non poſſe indirectè per reſignationem ius illud imminui, maximè beneficium reſignatum cedendo in commodum Ordinarij ipſam reſignationem admittentis, præſertim cum teſtamenta in beneficiis ſint prohibita, &c. Imò vero longè potiori iure, illo ſcilicet, quod per Pragmaticam & per Concordata ordinariis collatoribus contra priuilegium graduatorum reſeruatum eſt, licet dicere, & aſſerere, cum nihil graduatis debeatur, nihilque eis ſit affectum, antequam beneficium vacet per obitum beneficiati, liberam eidem beneficiato facultatem reſignandi fuiſſe conſeruatam: licuiſſe etiam Ordinario reſignationem admittere, ex ea reſeruatione quę decretis Pragmaticæ, & Concordatorum illis fuit derelicta, ideoque nihil indirecte eos facere, ſi cum iuribus ſuis vtuntur, nullaque ſuperiori poteſtate prohibentur, reſignationes admiſerint: neque vllam iniuriam Graduatis feciſſe, aut eis vllum dãnum cenſeantur intuliſſe. Differentias notaui quæ extant, inter hypotheſim, & Quæſtionem ab Anchorano deciſam, & eam de Beneficiorum reſignatione in manibus Ordinariorum facta, & de qua agi-

mus tractationem, nec vlla repetitione opus eſt. Addam æquiuocum eſſe quod ſcripſit ius graduatorum minui maximè, beneficium cedendo in commodum Ordinarij ipſam reſignationem admittentis. Si enim conſtituamus Ordinarium beneficij reſignatione pura, & ſimplici admiſſa, illud ipſum beneficium alicui pietate, moribus & doctrina commendato gratuita, (quemadmodum debet) cõceſſione contuliſſe, falſiſſimum eſſe quod ſcripſit tuus conſobrinus, apparebit, eundem Ordinarium ex ea reſignatione lucrum aut vllum emolumentum percepiſſe, ideoque falſiſſimum eſſe quod de percipiendo ex ea reſignatione lucro, impoſuit. Sin autẽ commodum Ordinarius accipiat, quemadmodum accipere poteſt, non ſolum ex iſtis collationibus per reſignationem, ſed etiam ex omnibus quas de beneficiis vacantibus per obitum concedit, iam non ſunt puræ, & ſimplices, ſed ſimoniacæ, aut fiduciariæ reſignationũ collationes, quas, etiam vt ſæpè dixi, rejiciendas ſemper exiſtimaui. Admitto quod fatetur, nullam rationem Molinæum attuliſſe qua fraudis coniecturas, contra puram & ſimplicem reſignationem recipiendas probare poſ-

ſet, & contra id quod ſcribit, ſe dediſſe operam ex eodem Molinæo, vt ne aliæ deſiderarentur: nempe quod alioquin facile eſſet Academicos eludere per reſignationem in manibus pridie vel die obitus factam: ego è contrario docui, quod cum Ordinarij in illis admittendis reſignationibus iure quaſi ab ipſo ſtatim initio naſcentis Eccleſiæ illis quæſito, & per Pragmaticam, & Concordata, à priuilegio Graduatorum excepto, & reſeruato vtãtur, Graduatos, qui nullum ius habent in beneficiis, neque illis frui poſſunt antequam vacent per obitum, illos inquã non poſſe conqueri ſe illuſos, atque vllũ damnum paſſos, multominus quàm eos, qui cum à vicinis ſuis iure ſuo vtentibus lumine, quo in ſuis ædibus fruebantur, & aqua quam in ſuo agro percipiebant priuati, neque ſe eluſos, neque damnum paſſos ille ipſe tuus conſobrinus affirmauit. *pag. 185.* Cum in meæ Quæſtionis pagina 33. ſcripſiſſem Molinæum ad trium ſuarum fraudis præſumptionum probationem, nonnullas auctoritates & præcipue Cæpolæ attuliſſe, omneſque illas ad eas res pertinere, in quibus aliquid fieri prohibitum eſt, non autem ad eas in quibus aliquid li-

bere agendi quod velis, vnicuique conceſſum fuit, & cum ille in ſua reſponſione, ea quæ de tribus illis ſcripſeram, in alium ſenſum detorqueret, quaſi non ſolum ad eas tres, ſed etiam ad alias, quas idem Molinæus adjecerat, confusè & ſine vlla diſtinctione referri deberent: et ego, in mea Animaduerſione ſcripſerim, nonnullas alias coniecturas, præter eas tres, Molinæũ propoſuiſſe, & ad illarum probationem alias etiam Doctorum auctoritates attuliſſe, falſiſſimumque eſſe me reſpondiſſe illas omnes auctoritates à Molinæo ſcilicet citatas, ad eas res pertinere, in quibus aliquid fieri prohibitum eſt, cum, inquam, omnia illa ſcripta fuiſſent, exclamat tuus conſobrinus, me id quod in mea Quæſtione ſcripſeram denegare, citatque clauſulam eiuſdem meæ Quæſtionis, quaſi illa, vt iam dixi, de omnibus auctoritatibus fuiſſet ſcripta, iis ſcilicet, quæ ex Cæpola, & aliis, ad tres præſumptiones fraudum citauerat, nec non ad alias quas vltra iſtas tres, probandas ſuſceperat. Peius iſtud, quod cùm illarum omnium præſumptionum, & auctoritatum diuerſitatem explicaſſem, ille clauſulam, quam de ea diuerſitate ſcripſeram, malitiosè ſuppreſſit: ſic e-

nim ſcripta eſt in meæ Animaduerſionis pag.132. *quoniam clauſula illa ſcripta eſt contra eas, quas ex Cæpola Molinæus citauerat: ſed de aliis hæc quæ ſequuntur ſcripſi, ſi quis locos à Molinæo citatos ſingulatim velit percurrere, reperiet eos de beneficiorum permutationibus, non autem de puris, & ſimplicibus reſignationibus loquutos fuiſſe.* Quæ omnia eò tendebant, vt docerem præſumptiones fraudũ perquirendas, earumque probationem admittendam, quandò aliquid quod ſit prohibitum cuniculis & ſecretis pactionibus & conuẽtionibus moliũtur, non autẽ quando ea quæ iure conceſſa, recepta & confirmata ſunt eodem iure permittente exercemus. Vide Magiſter Guillelme qualis ſit tui conſobrini conſcientia, & quanta impoſtura. *Quod vero,* inquit, *lectorem ad illos auctores mittit non reuoco, vt ſcripſi in pag.44. meæ reſponſionis, cõſtabit eos nihil excipere nec minus opinione eorum ad reſignationem quam ad permutationem fraudũ iudicium ſpectare. Nam ſiue loquantur de ſacerdotiorum diſpoſitionibus, ſiue de quibuſcunque aliis contractibus, aut conuentionibus, fraudem generaliter a bona fide quæ in omnibus eſſe debet, excludũt, & vbicumque ſit eam dãnant, actaque omnia quibus eam interueniſſe* pag.186

& coniecturis conſtiterit nulla eſſe pronuntiant,&c. Et hæc noua tui cõſobrini æquiuocatio,ſeu potius impoſtura. Scripſi auctores à Molinæo citatos, qui de fraudum præſumptionibus,præter eas tres ab eo ſeparatim ſcriptas tractauerunt, de permutationibus,non autem de puris & ſimplicibus reſignationibus loquutos fuiſſe: ideoque bene eſt quod ſe ad eos referat. Sed aliò quæſtionem diuertit,eos ſcilicet nihil excipere, nec minus opinione eorũ ad reſignationem,quàm ad permutationem,fraudum iudicium ſpectare. At nos de eorum opinione hoc loco non diſputabamus,ſed duntaxat, ſi in locis à Molinæo citatis, de permutatione aut pura & ſimplici reſignatione diſputaſſét. Verùm quando ita vult,agnoui ſæpiſſime nonnullos ex interpretibus, quemadmodum Rebuffum et Gomeſium regulam de infirmis ſine vlla diſtinctione contra ordinarios obſeruandã voluiſſe, & Molinæũ diſtinxiſſe, vt locum habeat ſi tres fraudũ coniecturas in illis interueniſſe probari poſſit. Sed ego aliam diſtinctionem tanquã, vt exiſtimo, veriorem tradidi,regulam ſcilicet non habere locum contra ordinarios collatores præterquam in per-

mutatione, quæ ſit fraudulenta. Huius diſtinctionis rationem reddidi: quod nulla lege ſit prohibitum beneficiatis ſua beneficia in manibus ordinariorum collatorũ reſignare, neq; Ordinariis reſignationes admittere, ideoque in iſtis reſignationibus a iure permiſſis & approbatis nullam fraudem fieri poſſe: & quod è contra expreſſe prohibitum ſit fraudẽ in permutationibus committere. Hæc cum iterum atque iterum explicauerim, nihil tuus conſobrinus potuit reſpondere. Cum ſcripſerim antiquam opinionem eorum qui regulam contra ordinarios locum habere putabant exoleuiſſe: ille contra in Academicorum cauſſa id falſum eſſe dicit, citatis auctoribus Molinæo & D. Lœto quorum alter nempe Molinæus cum arreſtum illud ſolenne anno 1550. pronuntiatum de regula ne contra ordinarios extenderetur, recitaſſet, addidit retentum fuiſſe in mente Curiæ, ne per illud præiudicium fieret Academicis, cui ego in mea Quæſtione reſpondi nec vlla opus eſt repetitione. Et alter nempe D. Lœtus cum regulam in ordinario locum non habere ſcripſiſſet, exceptionẽ addidit, niſi beneficium ſit affectum graduatis aut indulta-

rio: quo caſu vult admitti non poſſe reſignationem in præiudicium graduati aut indultarij. Hinc ego reſpõdeo D. Loetum nihil ſpecifice de pura & ſimplici, ſed duntaxat de reſignatione facta ex cauſſa permutationis tractaſſe, ideoque ſuam opinionem ad eandem permutationem eſſe referendam: & ſi aliter eam intellexerit, quod ego non opinor, illius intellectus, nullam rationem, nullum arreſtum & nullam auctoritatem, qua ſuam opinionem confirmaret attuliſſe. *Ab hac ſententia*, inquit, *alienus eſſe non potui quæ videretur verior, quæ ad litium radices euellendas commodior, quarum ſemina opinio Molinæi continet, quæ ad fraudum opiniones extirpãdas certior, quo ſine regula & a ſummo Pontifice condita, & à Rege recepta ſit, &c.* citatque ad ſuam iſtam opinionem confirmandam auctoritatem Rebuffi. Hic locus me cogit, paucis verbis repetere eã quã ſæpe de fraudibus propoſui differentiã, nempe quaſdam earũ ad regulã pertinere, quod eidẽ regulę cauſſam dederint, & alias quas ius cõmune ſine regula contra omnes collationes quæ fiunt, non ſolum per reſignationem, ſed etiam per obitum, introduxit. De his quæ regulę cauſſam dederunt, duas ſolum

Fraudũ quæ ad Regulam pertinẽt, et quæ a iure communi dependent differentia.

interpretes expoſuerunt:primam qua beneficia reddebantur hæreditaria, & alterã qua ordinarij legitimi ſuo conferendorũ beneficiorum iure priuabãtur: cum enim beneficiati ſua beneficia nepotibus, propinquis,aut amicis quaſi hæredibus relinquere meditabãtur, conſtituebant procuratores,qui Romæ in manibus ſummi Põtificis,in fauorem illorum reſignarẽt: maximè vero eo tempore, quo ſe morituros pertimeſcebant, eaque ratione & beneficia hæredibus cedebant, & Ordinariis, eorumdem beneficiorum conferendorũ poteſtatem adimebant. Contra iſtas fraudes regula fuit introducta: ideoque eas diximus ad regulam pertinere: alias autẽ omnes iuris communis diſpoſitioni reliquimus,quemadmodum in caſu cap.2. de renunt.in ſexto & in his in quibus ſecretis pactionibus & conuentionibus reſignantes,collatores, & hi quibus iidem collatores beneficia conferunt,ſimoniam,confidentiam, aut aliquid quod iure ſit prohibitum moliũtur. Scripſi de his quæ ad regulam pertinent, illas nullo modo collatoribus ordinariis imputari poſſe,maxime eo tempore quo facta regula,quoniam nihil ſuberat,neque hodie ſubeſt, quo in ad-

mittendis puris & ſimplicibus reſignatio-nibus, & in conferendis per eas vacantibus beneficiis, illa tanquam hæreditario quodam iure relicta, neque per illas præiudicium vlli collatori fieri poſſe cenſeremus. Si enim de ſucceſſione & hæreditate quæramus, fiebant ante regulam quoties beneficiati infirmi mandata conficiebant, quibus in fauorem nepotum, conſobrinorum, aut aliorum propinquorum, ſeu etiam amicorum & non aliter reſignabãt: eaque conditione efficiebant ne aliis ſummus Pontifex conferre poſſet. Quid ſimile in his, quæ in manibus ordinariorum nullo nominato ſucceſſore pure & ſimpliciter beneficiati reſignabant? Quis in eis hæres & ſucceſſor ex teſtamentaria reſignatione? Illine quibus ordinarij, inſciis forte reſignantibus, ſuo motu beneficia huiuſmodi reſignata conferebant? Minime, inquam, niſi quod tuus Conſobrinus tales nunquam admitti reſignationes cõteſtatur, præterquam ſi beneficiati ſecreto cum ordinariis conueniant & paciſcãtur, vt illi, admiſſa reſignatione, iis quos ſibi ſucceſſores & hæredes deſignarũt, beneficia reſignata conferant, id ſi accidat, quẽadmodum accidere poteſt inter eos qui

beneficia nundinantur, non ſunt amplius puræ & ſimplices vt iam dixi,ſed ſimoniacæ & fiduciariæ reſignationes:ideoque eo caſu fraudis,imo tanti criminis recipiendam accuſationem & per conjecturas & præſumptiones probandam ſemper exiſtimaui : ſi autem deſit probatio, licebit ne tuo conſobrino legiſlatori inſontes beneficiatos & innocentes ordinarios atque reſignatarios, tanquam iſtis fraudibus ſeu potius criminibus conuictos condamnare? & ea quæ iure permittente ab illis geſta ſunt,ex cauſſa infamante rejicere & reprobare? Cum igitur fraus qua beneficia reddebantur hæreditaria ordinariis non poſſit imputari,videndum eſt vtrum alia fraus de præiudicio collatorum in illos conjici poſſit. Certum eſt per reſignationes conditionales,& in fauorem in curia Romana factas eo maxime tempore quo beneficiati infirmitate grauique morbo conſtituti , de ſuorum beneficiorum hæredibus cogitabant:certum eſt , inquã, quod per reſignationes huiuſmodi,collatores ordinarij legitima conferendi poteſtate ſpoliabantur , quemadmodum adhuc hodie per derogatorias quæ,adſcribuntur,clauſulas,contra regulam ſpolian-

tur : ſed cum nulli ſint alij collatores, præter Papam , quam illi ipſi, qui reſignationes puras & ſimplices admittunt, Quid etiam ſubeſt, quo aliis collatoribus nullum præiudicium adferre poſſint? Fuerunt ſane antequam facta fuiſſet regula, Mandatarij expectantes, quorum etiam intuitu regulam conditam fuiſſe nonnulli interpretes exiſtimarunt, ſed illam opinionem erroneam eſſe docui, ideoque certa & indubitata remanere debet propoſitio, nihil ad ordinarios collatores fraudum coniecturas quæ regulæ cauſſam dederunt pertinuiſſe : illos de iiſdem fraudibus accuſari non potuiſſe, nihilque adhuc etiam ſubeſſe, quo eaſdem fraudes, quæ illorum reſpectu nunquam fuerunt, neque eſſe poſſunt, illis vllomodo imputētur. Quod autem ad alias fraudum coniecturas pertinet, quæ a iure communi dependent, ſcripſi etiam illas contra omnes reſignationes, tā in curia, quàm extra curiam factas, omneſque collationes tam per reſignationem quàm per obitum admittendas, probationeſque recipiendas exiſtimaſſe: ideoque ad regulam de qua agimus nullomodo etiam pertinere. Hæc coactus ſum repetere, quoniam eaſdem iſtas obie-

ctiones

ctiones ex fraudibus petitas in ſingulis fe-
re paginis iſtius Cenſurę inſeruit, ideo-
que earum diſtinctionem etiam hoc loco
placuit adhibere, vt magis liqueat illis nul-
lo modo tuum conſobrinum reſpondiſſe,
et de fraudibus confusè ſcripſiſſe, vt ſuis
tenebris lumen veritatis obſcuraret: va-
namque eſſe eam quam adfert argumen-
tationem, quod regula ad litium radices
euellendas ſit commodior, & ad fraudum
occaſiones extirpandas certior: cum enim
nullas alias fraudes, præter eas quas dixi
locum eidem regulæ dediſſe, eiuſque cauſ-
ſam fuiſſe, et contra quas illa fuit conſtitu-
ta, nullas inquam alias adferre potuerit, &
cum aliæ omnes fraudes, ſeu fraudum con-
iecturæ à iure communi dependẽtes ſine
regula proponi, & probari poſſe dixerit,
quo iure eadem regula comprehenſas, &
illius prætextu quaſi veras, et ſine vlla
probatione exiſtentes concedemus? Pro-
bet ille, probent graduati, probent alij
quicumque eaſdem, ſi quæ ſint fraudes: id
per me illis licere ſemper declaraui. Sed
velle vt eædem quaſi probatæ per regulã
cenſeantur, & ſine alia probatione, quæ ab
ordinario facta ſunt, nulla & irrita iudicẽ-
tur, illud vero eſſet innocentes & imme-

rentes condemnare, quo nihil iniuſtius dici poteſt. Nam quod ille dixit certiorem eſſe viam regulæ, ad fraudum occaſiones extirpandas, cò tendit, vt ſub ea omnes fraudum coniecturæ comprehendantur, illæ etiam, quæ ſunt extra regulam, & quæ a iure communi dependent: quemadmodum ſunt illæ quæ pactiones illicitas, ſimoniæ, & confidentiæ labem continent, quod falſiſſimum eſſe ille ipſe agnouit, in ea quam ſequutus eſt ex Molinæo ſententia, qua iſtas fraudes à regula ſeparauit. Fingat tuus conſobrinus beneficiatũ, qui cum in extrema infirmitate eſſet conſtitutus, nec beneficium quod poſſidebat in fauorem vllorum ſuorum propinquorum reſignare poſſet, pactus eſt cum ordinario, vt accepta pecunia reſignationem admittat, eaque admiſſa beneficium conferat alteri, à quo forte etiam pecuniam recipiebat, & deinde beneficiatum intra viginti dies regulæ mortuum non fuiſſe: eamne reſignationem per regulam vacare tuus conſobrinus affirmabit? Minimè vero & nihilominus ex his cauſſis ſimoniacis, ſi probentur, nemo eſt qui neget beneficium vacauiſſe. Quis igitur iſtas fraudes ſub regula comprehendet? Nemo e-

quidem, ideoque falſum remanet, quod ſcripſit tuus Conſobrinus, regulam fraudes iſtas extirpare, quæ etiam remota diſpoſitione regulæ durant, & ſi probentur beneficiorum vacationes inducunt. Sed obiter notandum eſt quantâ ſit in tuo cõſobrino temeritas, & impudens audacia: ille enim in me innumera conjecit conuicia, quod à Molinæi ſentẽtia deſciuerim, cõtra ea quæ tradidit de fraudũ in pura, & ſimplici reſignatione recipiẽdis coniecturis: & nihilominus eumdẽ Molinæũ, quaſi illius opinio fraudũ ſemina cõtineat impudẽter inſectatur. *Quarũ* ſcilicet fraudũ *ſemina*, inquit, *opinio Molinæi continet*. Quis tãdẽ ab illius venenatæ linguæ aculeis ſe poterit liberare? *Repetit denuò regulam, & Regẽ qui eam in Galliam admiſit, non de ſolo Papa cogitaſſe, ſed etiam fraudes quæ in media Gallia a ſuis fierent coercere voluiſſe*, & ego repeto regulam de alio, quàm de Papa intelligi non poſſe: idque rationibus me probaſſe, quibus etiam tuus conſobrinus non potuit reſpondere. Agnoui eoſdem fuiſſe fines regularum De Infirmis & De Publicandis, ne beneficia fierent hæreditaria, et ne ordinariis illuderetur: nam de expectã-

Beotius Molinæũ tanquam litium ſeminatorẽ accuſat.

Iterum De Differentia inter Regulas De Public. et De Infirm. *pag.* 188.

tibus mãdatariis, quos cum ordinariis cõjungit, docui regulam nullo modo eorum contemplatione, neque in eorum fauorẽ fuiſſe conditam, eos, ſi fraudatos ſe exiſtimarent, in ſola iuris communis diſpoſitione remanſiſſe, idque ſatis ſuperque probari per duas Bonifacij octaui Papæ qui regulam condidit, Decretales, in quibus de fraudibus, multa decreuit, nulla regulæ facta mentione. Sed concluſionem quã ex earumdem regularum fine colligit, ſcilicet *ſi Academici non excludantur a fauore regulæ de Publicandis contra reſignationes ab ordinariis admiſſas, nec a fructu regulæ de infirmis repellendi ſunt, &c.* iſtam inquam concluſionem falſam eſſe docui, quod ſcilicet regula de Publicandis omnes reſignationes extra Curiam, quemadmodum ſũt illæ quas ordinarij collatores admittunt, comprehendit: regula autem De Infirmis, nihil de his quæ fiũt extra Curiam, & multo minus quæ in manibus ordinariorum fieri poſſent, decreuit: & quod impoſſibile ſit, regulam de iiſdem ordinariis, vt contra eos extendatur, interpretari. *Nec ordinarij,* inquit, *magis quam Papa de libertate ſibi erepta queri poſſunt: non enim libertas violatur, cum fraudum licentia circunſcribitur, &c.* Et

cap. 1. De Renunt. et cap. vn De Rer. Permut. in ſexto.

pag. 188.

ego docui Papam contra ſe ipſum, ſeu potius contra ſuæ Curiæ Officiarios, qui eas fraudes, contra quas ſolum facta fuit regula, nempe hæreditarias beneficiorum diſpoſitiones, & contra ordinariorum liberas & legitimas collationes exercebant, Papam, inquam, contra ſe ſuoſque officiarios, eamdem regulam condidiſſe: atque impoſſibile eſſe vt cõtra eoſdem Ordinarios conſtituta cenſeatur. Iterum repetit quæ de fraudibus toties repetitis ſcripſit, quibus omnes fere paginas ſuæ Cenſuræ, tamquam conſarcinatis fabulamentis impleuit, et quibus tam ſæpe reſpondi, vt alia non ſit opus reſponſione. Cum Animaduertiſſem, illum malitioſe cõticuiſſe, rationem qua regulam contra permutationes fraudulentas admittendam cenſui, nihil denuo reſpondit. De neceſſitate permutationis loquitur, quam, vt dixi, impudentiſſime negauerat, nec non de abutendi licentia, quam contra Ordinarios quoties de fraudibus quæ ad regulam pertinent, probare non poteſt. *Quid faciat*, inquit, *Buthillerius lapidem rodit, reprehendit enim, quod dixerim non eſſe dignum, vt Academici hoc iuris ſubſidio prohibeantur quaſi minus apte & proprie loquutus fuerim.* Equi-

pag. 189.

pag 190.

dem ſi de apta aut inepta loquutione diſſerere liberet, forte eſſet aliquid quod argui poſſet, maxime vero, quod apud bonos auctores memini me legiſſe, *lapidem applicare*, *lapidem decoquere*, *lapides flere*, *canem ſæuire in lapidem*, & cætera huiuſmodi: lapidem rodere non legi. Sed de apta aut inepta loquutione nihil in mea Animaduerſione. Quis autem eſt ille lapis quem dicit me rodere? ne id quidem ſcio, niſi illum ipſum tuum conſobrinum, contra quem ſcripſi, tanquam lapidem, me rodere arbitretur, aut ea quæ ſcripſi, lapides appellat. Illane lapides eſſe quæ ſcripſi de graduatis, illos priuatos dici non poſſe eo ſubſidio quod nunquam eorum contemplatione, neque in rem illorum fuit introductum, & quod eo iure, nempe regulæ beneficio, non aliter vti poſſint, quã ſi iure ordinariorum adiuuentur? Atqui lapis ille tanto æquitatis robore firmatus eſt, vt illum inuido ſuo dente mordere nõ potuerit, neque illi reſpondere. Quid non reſpondere? Imo vero egregiam reſponſionem adſcripſit. *Quaſi adeo*, inquit, *hoſpitio prohibemur arenæ, &c.* vt ſcilicet cum arena beneficium regulæ metiamur: ſic pedantes imperiti, de re prorſus ab inſtituto

aliena reſpondere conſueuerunt. *Quod autem*, inquit, *regula fauore Academicorum, aliorumque expectantium ſicut & ordinariorũ fuerit introducta, ad prohibendas fraudes, ſæpe diximus, &c.* dixit ſane, ſed neque probauit, neque probationem contrariam quã luce clariorem reddidi, potuit tantiſper impugnare. Redit ad toties repetitas fraudes, quas ſine diſtinctione conſuetas nominat.. *Ego vero*, inquit, *ineptum eſſe referò cum regula conſuetas fraudes ex terminis iugulet, nec fraudum prohibitionẽ expectet, &c.* At ego contrarium docui, nullas fraudes regulam iugulare, præter eas quas eidem regulæ cauſſam dediſſe, ille ipſe tuus conſobrinus confitetur. *Nam quis negare poteſt*, inquit, *Ordinarium infirmi reſignationem in fauorem tacitè admittere, & eam non eſſe probabilem coniecturam, ſi reſignantis conſanguineo contulerit?* ? Equidem nunquam negaui, quin ordinarius poſſit tacite reſignationes in fauorem admittere, quemadmodum & per interpoſitas perſonas, & per cõfidẽtiã ſibi ipſi cõferre, imò quẽadmodũ alibi dixi, ſuas collationes, tam per reſignationes, quam per obitum, ſi emptorem inueniat cui voluerit vendere, & alias pactiones ſtipulari, &

promittere. Sed inepta eſt & falſa concluſio quam tuus conſobrinus implicitè obtrudit (Potuit, ergo fecit) meliuſque & iuſtius eſſe, vt bonam de hominibus, potius quam ſiniſtram opinionem concipiamus. De præſumptione, quam ex conſanguinitate, cognatione & affinitate accipit, tractaui in mea Animaduerſione, ideoq; nulla eſt hoc loco opus repetitione. *Quis*, inquit, *tam rerum imperitus, qui neſciat hoc ita eſſe conſuetum, vt tacita illa commercia ordinariis licita, nec ſacris canonibus prohibita, quamplurimi arbitrentur, &c.* Me ſane in ea re imperitum agnoſco. Audiui fateor nonnullos, vt dixi, ordinarios peſſime de beneficiis, quorum ſunt Collatores, diſponere: ſed multos etiam agnoſco, qui nullis niſi probis, peritis, & capacibus viris vlla beneficia, quocumque genere vacent, conferre conſueuerunt: ideoque falſiſſimum eſſe, quod conſuetum eſſe ſcripſit. Subſequũtur impudentiſſimæ impoſturæ, quibus poſtquã, me arreſti quod de præbenda & canonicatu Rothomagẽſis Eccleſiæ tuus conſobrinus obtinuerat æquitatẽ in mea Animaduerſione agnouiſſem, accuſat me quod D. Mæſtræum in ſenatu Pariſienſi Regis Conciliarium litis

pag. 192. Impoſtura Beotij

De his quæ ad D. Maiſtræum pertinent in Buthilerij Animaduerſionem.

enarratorem maligne vellicarim, *atque*, inquit, *Vt eſt in mendaciis fingendis præceps, in aſſerendis impudens, cum eam cauſſam tamquam æquitate fultam agnoſcat, tamen ne grauiſſimi et ſanctiſſimi Decreti auctoritatem nõ eleuet, clariſſimũ virũ, et integerrimũ Hieronymũ Magiſtrũ, in Senatu Pariſiẽſi Regis Conſiliariũ litis enarratorẽ maligne vellicat, quẽ dũ honoris ſpecie meũ ſimulat Mœcenatem, tacitè lectoris animo inſinuare molitur, aliquid gratiæ dare potuiſſe: quod vt fiat veriſſimile compendioſum litis commentarium partim ſua manu exſcriptum* Richerio *tradidiſſe amplius mentitur. Quam totam fabulam ex præſumptionibus a ſe fuiſſe confictam confeſſus eſt tãdem Buthillerius in Epiſtola cuius exemplum penes, me eſt, quam die feſto D. Laurentij ad D. Magiſtrum, qui eum in ſuas ædes ſe eſſe admiſſurum negauerat. Magnus ille vir mendacem hominem et maledicum deſpexit, et iniuriam ſibi illatã, Deprecatoribus condonauit.* Huius rei hiſtoriam accipe, Magiſter Guillelme: Libellus meę Animaduerſionis impreſſus & publicatus fuit, circa Idus Iunij nuper præteriti. Multi quibus illum tradideram, legerant, probauerant: neque vllus præter tuum conſobrinum, & Turgotium illius emiſſarium de eo conquerebatur: eodem menſe & ſubſequenti elapſis, cum de mo- pag. 19

re eſſem in palatio,interueniunt nonnulli Regij in quarta claſſe conſiliarij, qui D. Mæſtræum, de me in eadem claſſe conqueſtum fuiſſe,denuntiant:cauſſam querimoniæ, ex eis meæ Animaduerſionis clauſulis,quibus de eo ſcripſeram,aperiũt: his ego reſpondi D. Maiſtræum,nihil habere quod de me cõqueri poſſet, quoniã illius in enarranda lite Beotiana & conficiendo arreſto æquitatem,atque integritatem in mea Animaduerſione publicauerã,méq; eum ſemper tanquam meritiſſimum Regis conſiliarium vitæ probitate & integritate apud omnes probatum agnouiſſe,& coluiſſe. Cum denuo audiuiſſem, a quibuſdam meis amicis, illum cõtra me exaſperatum, ex eo quod eumdem conſobrini tui Mœcenatem ſcripſeram, quod ab eo etiam ſuum de illa Beotiana lite inſtrumentorum compẽdium, Richerium accepiſſe dixeram, & ad Regiæ Procurationis Triumuiros, querimoniam ſuã deferre cõſtituiſſe:adiui D. Belleuræũ integerrimum & doctiſſimum eiuſdem procurationis cognitorem:illi eadem quę aliis omnibus dixeram declaraui, rogauique, vt ſi quid D. Mæſtræus contra me proponeret, me accerſere iuberet: non-

nulla etiam illi narraui de vocabulo Mœcenatis, & de inſtrumentorum compendio: méque ſi D. Mæſtreus iure mecum concertare vellet, illico adfuturum. Vtinam vocaſſet, & volentem in ius rapuiſſet. Quid poſtea fecerit neſcio, niſi quod paucis poſt diebus venit apud me D. Nouanus Regis Cõſiliarius in eadẽ Parlamẽti curia digniſſimus, qui de ea re cum D. Mæſtræo ſe colloquutũ fuiſſe mihi narrauit: ab eoq; accepiſſe, quod cũ ea quæ pluribꝰ dixeram a nonnullis audiuiſſet, ſibi me ſatis facturum, ſi eadem illi ſcripto traderẽ aſſeruiſſe. Illi ego etiam reſpondi, me nihil verbo dixiſſe quod ſcripto tradere erubeſcerem; me dicturum & ſcripturum vbicumque, & quotieſcunque vellet eadẽ quæ ille dixerat ſe audiuiſſe: poſtera die cũ denuo apud me rediiſſet D. Nouanus & a me ſcriptum iſtud quod promiſeram D. Maiſtræum expectare nuntiaſſet: ſcripſi mea manu epiſtolam in qua eadem ipſiſſima verba, quæ omnibus dixeram inſerui & D. Nouano tradidi, vt pro ea vicinitate quæ inter illos erat, eamdem in manibus D. Męſtræi conſignaret. Eius rei eumdem D. Nouano, ſi mentiar, teſtem inuoco. Hæc eſt vera iſtius rei inter D. Mæſtræum

& me hiſtoria. Non autem quod ea quæ ſcripſerim fabulam a me confictam ſim confeſſus, vt falſo tuus conſobrinus ſcripſit in ſua Cenſura. Et ne quis de iſtius hiſtoriæ veritate dubitet, omneſque ſi velis, tui conſobrini impoſturam agnoſcant, accipe Magiſter Guillelme exemplum eiuſdem epiſtolæ, quod tibi trado. Videbunt omnes, quid de verbo Mœcenatis in eo ſcripſerim; *Monſieur aiat ſceu la pleinte que vous faiſiez d'vne Clauſe eſcripte au liure que i'ay fait, intitulé Animaduerſio contra Adrianum Behotium, conceue en ces mots. Iſtas inconſulto Richerius, quo promotore reſponſionem compoſuiſti, ſcripto probauit, accepto a tuo Mœcenate Domino Maiſtræo Regis in Parlamẽto Conſiliario litis quæ inter te & Bretellum mota fuerat, & per appellationem ad curiã deuoluta enarratore, &c. I'ay declaré à tous ceux qui m'en ont parlé, que i'eſtois infiniment marry, que vous en euſſies receu du meſcontentement: d'autant que pour le regard du mot de, Mœcenas, i'ay eſtimé qu'il eſtoit honneſte & honnorable aux perſonnes de voſtre qualité. Et pour le regard de voſtre extraict, i'ay deu croire que Richer l'auoit receu de vous, ou l'auoit ſoubſtraict en voſtre maiſõ: d'autant que c'eſt luy qui la fait imprimer par*

Blanuillain libraire demeurant en la rue de S. Victor : dont i'ay fait retirer des exemplaires. Croyez, Monſieur, que s'y i'euſſe eſtimé que cela vous euſt peu offenſer, ie ne l'euſſe voulu eſcrire, & moins encore faire imprimer: dont la raiſon eſt prompte que ie vous ay touſiours recognu homme d'honneur, plein de probité & integrité, & cõme tel ie vous ay touſiours honoré & reſpecté: comme ie fais, & ſerois tresmarry de vous auoir donné tant ſoit peu de ſubiect de croire le contraire. Mais puis que ceſte clauſe ne vous eſt pas agreable, ie vous promets que ſi ie fais reimprimer le meſme liure, i'y feray mettre au lieu d'icelle que richer a fait imprimer voſtre extraict, l'ayant ſurpris à voſtre deſceu & au lieu de tuo Mœcenate, i'y feray mettre, accepto à viro integerrimo Domino Hieronimo Maiſtræo, &c. C'eſt tout ce que ie puis pour voſtre contentement. Et ſur ceſte verité ie vous baiſe bien humblemẽt les mains, & deſire demeurer Monſieur voſtre humble & obeiſſant ſeruiteur Denis Bouthillier. Et au deſſus à Monſieur Monſieur Belleiambe Conſeiller du Roy en ſa Cour de Parlemẽt: Et à coſté, Ce iour de ſainct Laurens mil ſix cens treize. Et ne quis exiſtimet me contumelioſe iſto vſum fuiſſe vocabulo & D. Mæſtræum à tuo conſobrino quaſi Mœcenatem acceptum, licet

eodem non ſit vſus vocabulo, extat eiuſdem libellus cui Apologiæ Pro Sancto Romano titulum dedit, & in eius fronte Epiſtola, qua eumdem libellum D. Mæſtræo dedicauit. Nullam autē iſtius dedicationis cauſſam coniicio, præter eam quæ de tanto viro deque illius illuſtri familia in illa Epiſtola deſcripſit: Quāuis nō ignorē illā fuiſſe factam eo ipſo tempore quo deciſionem ſuæ litis de canonicatu & præbēda Rothomagenſi perſequebatur: ſcripta enim fuit Epiſtola pridie Calendas Majas anni milleſimi ſexcenteſimi noni, & arreſtum illo enarratore pronuntiatum die decima octaua menſis Iulij ſubſequentis, quo plenum poſſeſſorium canonicatus & præbendæ tuo conſobrino fuit adiudicatum. Si contra idem arreſtum aliquid ſcripſiſſem, habuiſſet ſane iuſtam cōquerendi occaſionem. Sed cum illius æquitatem verbis adeo expreſſis, et rationibus ex cauſſa accōmodatis et veriſſimis laudauerim, approbauerim, quid ſupereſt quo conqueri potuiſſet? Mene illum contumeliis atque iniuriis vellicare voluiſſe, cuius æquitatem, integritatem, & eruditionē ex eodem arreſto publicaueram? De compendio inſtrumentorum litis Behotianæ,

videbit quicumque Epiſtolam leget, me nihil de his quæ de eo ſcripſeram retractaſſe, aut falſum agnouiſſe, & è contrario me illá eadem Epiſtola ſcripſiſſe cum ab illo confectum compendium in autographo partim ſua manu, partim manu amanuenſis ſcriptum vidiſſem, legiſſem, me in eam delapſum fuiſſe opinionem, vt crederem Richerium illud ipſum ab eo accepiſſe, neque enim fas erat credere huiuſmodi quę fiebant inſtrumentorum litium compendia amanuenſi, relinqui ſolere: ſed quoniam illud ſibi diſplicere accepiſſem, me illorum verborum loco alia ſcripturum ſignificaui, nempe Richerium nõ ab illo accepiſſe, ſed eo neſcio per ſubreptionem abſtuliſſe. Iſta ne ſunt quibus ſe probaſſe ſcripſit tuus Conſobrinus, me confeſſum fuiſſe fabulam ex præſumptionibus a me ipſo confictam? Erubeſcit improbus & triſti facie impoſturam confitetur. Quod autem addit, D. Mæſtræum in ſuas ædes me noluiſſe admittere, & me coram auditurum negaſſe, falſiſſimum eſt: neque enim vt in illas me reciperet vmquam expoſtulaui, neque cauſſam habui qua poſtularem: & ſi voluiſſem credo, equidem illum mihi non fuiſſe denegatu-

rum qui aliquot poſt menſibus cum de filij mei primogeniti in Curiam receptioné perſequebar,me in eaſdem introductum humaniter excepit. Parcat ille. rogo ſi vt me liberarem a tot tantiſque tui conſobrini calumniis,rem vti geſta eſt inter D. Mæſtræum & me ex veris narrauerim,& epiſtolam cuius tenorem falſiſſime tuus cõſobrinus recitauit,excudendã tradiderim. Sed ad quid illa omnia quæ deD. Maiſtræo ſcripſit? vt ſcilicet iniurias & impoſturas, quas ſales vocat,contra me diſſeminaret. De ſuo pro præbẽda,& Canonicatu Eccleſiæ Rothomagenſis Arreſto, docui fieri non poſſe, vt illo Curia iudicauerit regulam in puris & ſimplicibus reſignationibus contra ordinarios locum habere:idque cum ſex rationibus diſtinctis & ſeparatis dilucide probaſſem , quid cõtra illos tuus Conſobrinus? Nihil penitus: reprehendit Molinæum, quod generaliter ſcripſerit regulam in ordinario nõ procedere, & repetit quod aſſerui illam locũ habere ſi de fraudulenta permutatione agatur, vt inde colligat, idẽ in pura et ſimplici Reſignatione eſſe obſeruandum. Sed ego contra probaui inter permutationem & reſignationẽ puram & ſimplicem maximam

ximam apparere differentiam et quæ de permutatione ſcripta fuerunt, ad puras & ſimplices reſignationes extẽdi non poſſe. Inſurgit denuo contra Molinæum & cum in verbis regulæ nullum argumentum cõtra ordinarios extare ſatis aperte confiteatur, mentem & rationem regulæ proponit, quibus ego reſpondi. Negat me probaſſe, regulam fauore ordinariorum, non autem fauore Graduatorum factam fuiſſe. Imo probaui impoſſibile eſſe, vt in aliorum, quam ordinariorum fauorem illam fuiſſe conſtitutam exiſtimemus, idque lectorum iudicio relinquo. Sed faceta ſane eſt, & lepida, quam ſcripſit de iſta negatione probatio. *Cum*, inquit, *maxime contrariũ ex ipſis regulæ terminis nullo addito vel detracto appareat, vbi nullum verbum de ordinariis reperiri eſt, &c.* Imo vero iſta ratio directo contra eum millitat: cum enim ſummus Pontifex nihil contra eos decreuerit, neq; expreſſis verbis nominauerit, aut de illis regulam ſe condere declarauerit, ſequitur eoſdem ſub regula non poſſe comprehẽdi. Repetit denuo mẽtem & rationem regulæ, fraudum conſiderationem quibus eam occurrere aſſerit, auctoritatem Gomeſij & Alexandri nec non diſpoſitionẽ *pag. 193.*

L filiæ meæ. Quibus ego tũ ſæpe repetitis iterum atq; iterũ reſpõdi. *Rationes*, inquit, pag. 194. *generales ſunt, nec curiæ Romanæ cancellis circunſcriptæ.* Iſtud falſum, quoniam regula nullas alias rationes continet, quam eas propter quas illam factam fuiſſe diximus, & ille non inficiatur, ne ſcilicet beneficia fiãt hæreditaria, & ordinarij legitima, quæ ad eos pertinet, beneficiorum conferendorum priuentur poteſtate: niſi quod cũ ordinariis erronee, vt diximus, expectantes coniungit: cum enim omnes aliæ fraudes ad ius commune pertineant, nihil eſt quod eas tanquam ſimiles & ad eandem regulam pertinentes confundamus. Cum ille in ſua reſponſione Edictum Regis Henrici ſecundi, quod contra paruas datas publicatum fuerat, & in illud Molinæi commentationem citaſſet, & ego in mea Animaduerſione reſpondiſſem, nihil ad Quæſtionẽ noſtram pertinere, ille denuo in ſua cenſura eandem citationem repetit. Sed cum rationem iſtius citationis non expreſſerit, en ego illius ineptiam explicabo. Edixit Rex in tribus primis articulis quid notarij Apoſtolici, quorum erat immenſus numerus antequam notariatus numero fungi poſſent, agere tene-

rentur: quo in loco exercere: quid in inſtrumentis & maxime in his quibus procuratores ad reſignandum conſtituebantur conſcribere,& quos teſtes in illis adhibere deberent. Et cum in tertio ſolum articulo de reſignationibus edixiſſet, ſine vlla diſtinctione, decidit Molinęus ad finem ſuę commentationis in eumdem articulũ, illius Edicti diſpoſitionem de omnibus ſine exceptione reſignationum inſtrumentis obſeruandam eſſe. *Dico*, inquit, *quod hæc ſancta conſtitutio locum habet, non ſolum in reſignationibus in fauorem, ſed etiam in ſimplicibus, etiam apud ordinarios expediendis. Idem etiam dico ſi cauſſa permutationis etiam per Ordinarium facienda & multo magis ſi in fauorem alicuius concordati: quia conſtitutio generaliter loquitur, & ad fraudes arcendas, &c.* Quid quæſo iſta etiam ad noſtram Quæſtionem? in qua non de inſtrumẽtis, quæ reſignandi mandata continent: ſed de regula, vtrum habeat locum cõtra collatores ordinarios, diſputamus? Sed quid ego Molinæi de forma & ſolemnitate inſtrumentorum ſententiam propono? nihil certè de ea tuus conſobrinus in ſua cẽſura. Edictum contra paruas datas etiam ad ordinarios tradit extendendum, vt a-

pud eos ſcilicet paruas datas retinere intelligendum cenſeamus, ſed quænam iſta apud ordinarios datarum retentio? Talis ne qualem in Romana curia fieri ſolitam ſcimus, vt aduenïente Romá curſore omnium earum prouiſionum quæ de beneficiis poſtulantur, et quas expediendas noſtri banquarij ſuis in curia Romana ſolicitatoribus committunt, memoriales chartulæ, quas vulgus memorialia vocat apud D. Datarium reponuntur adſcripta data menſis & diei, vt intra ſex menſes ſubſequentes eædem prouiſiones, cum eadem data iiſdem ſolicitatoribus ad eoſdem banquarios remittendæ tradantur? Quis vmquam huiuſmodi datarum retentionem apud ordinarios audiuit? Nemo adeo vt certum ſit eas in ſola Romana curia notas fuiſſe: Ad quid igitur contra eas, quæ numquam fuerunt, quæ non ſunt, & quæ ſine manifeſta falſi conuictione, extra Romanam curiam eſſe nō poſſunt? Edictum de paruis datis earumque fraudibus ad ordinarios extēdemus? Similis eſt regulæ de infirmis ratio. Illam enim Bonifacius octauus, vt dixi, condidit, & ſummi Pontifices illius ſucceſſores confirmarunt contra fraudes quæ a curiæ

Romanæ officiariis in eadem ſola curia committebantur, quibus, vt ſæpe etiam dixi, beneficia cõtra ſacrorum Canonum decreta reddebantur hæreditaria, & collatores ordinarij ſua legitima conferendorum beneficiorum poteſtate priuabantur. Hæ ſunt enim iſtæ duæ ſolæ fraudes, contra quas illa fuit cõſtituta. Cum igitur appareat ex his quæ ſcripſi fraudes contra quas regula fuit condita, & alias fraudes quæ in retentione datarum exercebantur in ſola Romana curia fuiſſe commiſſas, ſequitur illas pari ratione ad Ordinarios nullo modo pertinere, & argumentum quod ex eodem edicto conſobrinus tuus collegit contra ſe ipſum militare. Repetit iterũ eandem fraudum conſiderationem, cui toties reſpondi. *Recurrit fruſtrà,* inquit, *ad ius primæuum cui noua lege derogatum eſt.* Ius primæuum citaui in can. Omnes Baſilicæ, illudque veriſſimum eſſe tuus conſobrinus cogitur confiteri: vbinam eſt illius canonis, quam præſuponit derogatio? Obmuteſcit, grũnit, & denuò ad eaſdem fraudum coniecturas reuertitur, repetitque etiam de potentia aliquid faciendi obiectionem, cui ego etiam aliquatenus reſponderam. *Nec ratio regulæ,* inquit, *ne bene-* *pag. 195.*

ficia fiant hæreditaria ceſſat in Ordinario, qui licet non poſſit reſignationem in fauorem admittere, poteſt tamen tacitè in expectantium fraudem, &c. Quaſi vero ille qui aliquid facere poteſt, id ipſum ſine vlla probatione confeciſſe videatur. Poteſt Beotius matrem, ſi viuat, occidere, quemadmodũ ſuus alter conſobrinus auiam necauit, Ergo Beotius matrem etiam ſuam obtruncauit. Quod quam ſit abſurdum nemo eſt qui non videat. Cum in meę Animaduerſionis pag. 42. & 43. reſpondiſſem his, quæ tuus conſobrinus obiecerat, rationem iuſtiorem Academicorum, contra Ordinarium, quàm Ordinariorum cõtra Papam, cum illic via ſit ad fraudes breuior, & circunſcribendi facultas vberior: cùm inter cætera, diſtinctionem fraudum denuò explicaſſem: & cum ſcripſiſſẽ nullã eſſe apud Ordinarios fraudandi viam, nec vllã fraudum ſuſpicionem, ſcilicet earum quæ ad regulam pertinent, ille eadem fere verba in iſta Cenſura repetit, & cum reſpondere non poſſit, ſuppreſſa fraudum, quam ego toties explicaui, diſtinctione exclamat meam reſponſionem monſtro eſſe ſimilem: ſed qua in re mõſtrum iſtud exiſtat non exponit, niſi quod Molinæi locũ

pag. 197.

citat in quo articulum eiuſdem Edicti Regis Henrici ſecundi de Mandato ſuperannali apud Ordinarios, quemdmodum apud ſummum Pontificem, tradit obſeruãdum iſta ratione addita ex eodem Molinæo. *Quia etiam in Ordinariis inquit poteſt eſſe fraus, vt ſæpè nimis apud eos, eorumue vicarios reſignationes in ſpecium ſimplices nundinantur, et fide tacitè data in fauorem, vel etiam per ſordes pecuniarum expediuntur. Quare ſi liceret coram his mandata vltra annum ſeruare, & quandoque exequi, eſſet eis, & ambitioſis maiorem occaſionem relinquere, turpiter negotiandi, & occaſiones ad hoc turpius perpetrandum, venandi, & expectandi, &c.* Hac reputata Molinæi auctoritate, *Qui ſi à morientibus, inquit, liceret admittere? Aut dicat Buthillerius quo pacto poſſit Ordinarius fraudẽ facere in mãdato diu in arca ſeruato, nõ poſſit in nuper extorto ab homine moribundo, Et ſi Edictum Henrici ſecundi, quod Papæ & Legatorum cauſſa factum eſt, ad Ordinarium extenditur, cur regula quæ ad Papam, & Legatum ſpectat, ad Ordinarium non pertinebit, &c.* Dixi, imò multoties repetij, & cõtra tantam repetitionnum quantitatem cogor repetere, Collatorum, qui pactiones illicitas ineunt, imò crimina, quæ tuus

conſobrinus fraudes appellat, in conferẽdis beneficiis committunt,eorum, inquã, collationes,quocumque genere vacationis eas conceſſerint, non ſolum eſſe rejiciendas,ſed etiam eos ipſos graui pœna eſſe puniendos. Dixi etiam eos qui res nefandas perpetrare poſſunt, non ideo cenſendos commiſiſſe, vnde ille, ſi verum amaſſet, colligere poterat illorum collationes,qui ſe rebus illicitis & criminibus non inuoluũt,tanquam legitimas conſeruandas eſſe. Edictum Regis Henrici ſecũdi ſuperannalia reſignationum inſtrumẽta rejicit, condemnat. Quid iſtud ad Ordinarios Collatores,qui neque illa inſtrumenta conficiunt, neque illa conſeruare velle cenſeri poſſunt? Quid porro cauſſæ eſſet, qua eodem inſtrumenta conſeruare deberent, qui eodem momento, quo eis fuerant tradita,poterãt reſignationes admittere,& ex eis admiſſis vacantia beneficia quibus voluiſſent conferre?Si collator ordinarius extorſerit mandatum reſignationis à beneficiato infirmo, & moribundo, vt tuus conſobrinus ſcribit,vis eſt,quę legibus vindicatur. Sin verò, inſcio ordinario, ſponte & libere beneficiatus infirmus notarium accerſeri, eidemque

De Edicto Henrici ſecũdi.

mandatum ad reſignandum conficere iuſſerit, ſi eidem mandato per notarium confecto conſenſerit, illudque ſua manu ſubſignauerit, aut ſe ſubſignare non potuiſſe declarauerit: quæ lex vmquam iſtiuſmodi voluntarium inſtrumentum condemnauit? Cum extortum mandatum, tanquam nullum & vitioſum condamnat, qua frõte etiam voluntarium condamnabit? Edictum Henrici ſecundi de ſuperannali mãdato prohibet omnibus collatoribus mãdata ſuperannalia excipere. Ordinariis autem reſignationes infirmorum admittere regula non vetat, imò expreſſè per Pragmaticam & Concordata, integra, nec vllis cancellis limitata libertas earumdem admittendarum fuit conſeruata, fraudes quæ per mandata ſuperannalia fieri poterant, imò fiebant cauſſam Edicto dediſſe certum: eſt quẽadmodum etiam aliæ fraudes, quæ in Romana curia paſſim exercebantur, quibus beneficia hæreditaria redebantur, & ordinarij collatores ſuis legitimis collationibus fraudabantur regulæ cauſſam dederunt. Docuimus eas fraudes nunquam ante tempus, neque tempore regulæ fuiſſe ab Ordinariis commiſſas, neque in ſimplicibus & puris reſignationi-

bus,quas admittunt, committi: ideoque contra eoſdem Ordinarios regulam quæ illorum contemplatione et fauore facta fuit contra eoſdem non poſſe detorqueri. Liceret & alias differẽtias inter Edictum, & regulam adnotare,ſed in re tam clara,& aperta nulla alia opꝰ eſt explicatione.Scribit me diſſimulare in iis quæ ſcripſi de reiiciendis reſignationibus per pactiones illicitas admiſſis, & de Collatoribus,qui nũdinationes beneficiorũ exercent puniendis,ſed in verbis adeò etiam claris,& apertis quænam poteſt eſſe diſſimulatio? *Iam perdoluit,*inquit,*vir eſt. Dixerat in reſignationibus ſimplicibus apud Ordinarium nullam eſſe poſſe fraudum ſuſpicionem,nunc fraudibus ſupplicia minatur.* Dixi, nec perdoleo,ſed adieci nullam in iis quę purè & ſimpliciter fiebant,& fiũt fraudũ earũ quæ ex regula deppẽdent eſſe poſſe ſuſpicionẽ;alias autẽ fraudes non ad regulam, ſed ad ius commune pertinere,quod ille malitioſe conticet, et falsò, ex ſua imponendi indita natura,ſcribit,me de omnibus fraudibus ſcripſiſſe. Hic obiter notandum illum agnoſcere regulam ad Papam & Legatum ſpectare,nec aliter quàm per interpretationẽ ad Ordinarium pertinere, quod tamẽ an-

tea negauerat, & contra eoſdem Ordinarios tradiderat fuiſſe conſtitutam. Cùm ſcripſerim in meæ Animaduerſionis paginis 143.& 144. Ordinariis iure antiquiſſimo, & quaſi ab initio naſcentis Eccleſiæ, ſeu cum ipſa quaſi Eccleſia progenito, omnes beneficiorum collationes ad eoſdem ordinarios pertinere; ideoque ſummos Pontifices nullo modo eis eripere potuiſſe: id ipſum in condēda regula eoſdē ſummos Pōtifices agnouiſſe, et ne illis adimeretur per reſignationes in fauorem, & cōditionales quas paſſim admittebant, edixiſſe, vt ſi reſignans intra viginti dies decederet, beneficia nō per reſignationem, ſed per obitum vacare cenſerentur, ideoque ſi regulam iſtam obſeruare voluiſſet, pleniorem habituros eſſe Ordinarios ex illo natiuo iure conferendorum beneficiorum auctoritatem, quam poſtea iidem ſūmi Pōtifices eluſerunt. Quid ad ea tuus conſobrinus? Nihil: irruit in iniurias, me ſummos Pontifices cum Epiſcopis committere: meam in veteri Eccleſiæ diſciplina ignorantiam, & innatam maledicendi libidinem me patefacere. Sed cū reſpondere, deberet vtrū ea quę ſcripſerā vera eſſent, aut falſa, voluit effugere, non reſpō-

dere. Sed quænam in illis verbis meæ Animaduerſionis maledicẽtia? Anne quod Ordinarij ſua in conferẽdis beneficiis poteſtate, ſine iniuria priuari non poterant? Atqui iſtud ipſum ſummos Põtifices ſcripſi in regula agnouiſſe. Quid etiam contra iſtam agnitionem? Ne hilum quidem. Citaui can. omnes Baſilicæ in Concilio primo Aurelianenſi conditũ & à ſummis Pontificibus approbatũ. Quid ille contra? Euariſtum Papam titulos Romæ præſbyteris primùm diuiſiſſe, Dionyſium etiam Papam eundem ordinem ab Euariſto cõſtitutum reſtituiſſe, nec cæteros per orbẽ Epiſcopos, niſi ex eius diſpenſatione, eam normam vſurpaſſe: eundem Dionyſium ordinem ab Euariſto conſtitutum omnibus Epiſcopis ſequendum propoſuiſſe, decreuiſſe & Xiſtum etiã ſummum Pontificem eandem normam ſequutum fuiſſe, imo & ſtatuiſſe, vt quicumque Epiſcopus euocatus fuiſſet ad ſedem Romanam Apoſtolicam, rediens ad parochiam ſuam non ſuſciperetur niſi, cum formatis ſalutationis ad plebem, à ſede Apoſtolica litteris: et ſtatim exclamat, *Et Rabula*, inquit, *triobolaris, quem mixta impudentiæ ignorãtia cum aliquo vſu forenſi audacem facit, contra*

hanc primæuam Eccleſiæ diſciplinam coaxare audet, quaſi alia fuerit naſcentis Eccleſiæ inſtitutio. Nec enim vllus vnquam fuit tam præceps qui ſummi Pontificis in beneficia plenitudinē poteſtatis negare auſus ſit. Si Rabula ſim forenſis, ſi in me ſit mixta impudentiæ ignorantia, ſi eadem impudentia cum aliquo vſu forenſi audacem me fecerit, teſtari poſſũt omnes Curiæ & magni Conſilij Præſides & Conſiliarij, imò & ipſius ſanctioris Conſilij, totiuſque Gallicæ Iuſticiæ Princeps nobiliſſimus, integerrimus, & doctiſſimus dominus Cancellarius, cæterique eiuſdem ſanctioris Regij Conſiliarij, qui me cauſſas orantem audiuerunt, neque alios teſtes inuoco. De triobolo, quod mihi exprobrat, debuiſſet ex ſe ipſo ſcripſiſſe, de nihilo Cum enim, me conſuluiſſet, et honorarium quod reſpondentibus de iure tradi cōſuetum eſt, obtuliſſet, ſcit ille, licet naturalis in eo impoſtura, iſtius veritatis agnitionem prohibeat: ſcit inquam ille, ſcit Turgotius, ſi verum amaret, et ipſe Philippus Girardus Aduocatus coram pluribus noſtri ordinis id ipſum agnouit, me illud ſolo literarum intuitu reieciſſe. Iſtas impoſturas, & calumnias cum cæteris, tuus conſobrinus numerabit; ſed

quænam eſt illa, quam in me conjicit mixta impudentiæ ignorantia? Anne ea quam mihi imponit, quaſi plenitudinem poteſtatis in ſummo Pontifice negauerim? Cõſulat ille Richerium ſuum ſodalem, quo impulſore omnia quæcunque ab impuris hominibus cogitari poſſunt iniuriarum & conuiciorum putida ſputa in me conjicienda ſu cepit. Conſulat, inquam, hominem iſtum ſibi amiciſſimum ſi illis de eadẽ poteſtate, quas ſine nomine publicauit propoſitionibus, ſubſcripſerim, vt ex animarum, et naturalium affectionum ſimilitudine de eadem inter ſe côueniant. Ego verò numquam illam denegaui, nihil huiuſmodi in mea quæſtione & Animaduerſione liceat reperire: imò verò agnoui ſũmum Pontificem propter eandem poteſtatis plenitudinem regulæ poſſe derogare, & licet dãnum ex ea derogatione Ordinarij re ipſa patiantur, tamen ſummum Pontificem, quoniam in ea iure ſuo & illa plenitudine poteſtatis, quæ ad ſummum Pontificatum ſpectat, vtitur, nemini iniuriam facere cenſendum eſſe. Cur igitur imponit, me illius pleniſſimam poteſtatẽ denegaſſe? Sunt iſtæ familiares, & quaſi naturaliter in mẽte tui conſobrini inditæ

impoſturę,quibus imputat ea quæ apud ſe falsò, & malitiosè concipit,& quæ neque ſcripſi, neque etiam mēte cōcipere potui; vt ex ſuiſmet impoſturis latrinam,& colluuiem ſuarum injuriarum in me,tanquā ſales Behotianos aſpergat. Dixi,& cogor repetere,poteſtatem conferendi ab ipſo quaſi initio naſcentis Eccleſiæ Epiſcopis in ſuis Diœceſibus quæſitam,in primo Aurelianenſi Concilio declaratam, & à ſummis Pontificibus confirmatam, imò & in Corpus decreti relatam fuiſſe: id tuus cōſobrinus non potuit denegare, illiſque ſine iniuria adimi non poſſe,non vt iugum Pontificiæ poteſtatis excutiant:ſed vt ipſi ſummi Pōtifices pro ſua Sāctitate videāt, nihil æquius eſſe, quam vt conferēdorum beneficiorum poteſtas ſuæ antiquæ formæ redderetur, & ordinariis relinqueretur, nec per expectatiuas reſeruationes, pręuentiones, & alias huiuſmodi attributiones illis adimeretur. Heu quantum pietatis et deuotionis, quantum integritatis, & vtilitatis totus orbus Chriſtianus nanciſceretur! Quanta litium ſemina & quanti abuſus tollerentur! Eius vnum duntaxat exemplum citare libet,nempe Equitū regularium Diui Ioannis Hieroſolimita-

Commẽ-dæ Hie-roſolimi-tanæ.

ni quorum commendæ (commendarias vocant) cum ſint Eccleſiaſtica militiæ armatæ beneficia à nullo, nequidem ab ipſo ſummo Pontifice,præterquam à magno Magiſtro eiuſdem ordinis conferuntur, nullum in illis ius prçuẽtionis, nulla ſuper eis mandata,aut gratiæ expectatiuç, nullç reſeruationes, nullç iure deuoluto collationes:Inde fit vt nullç de eiſdem moueãtur lites,nullæ de illis,aut paucæ Doctorũ opiniones, nullæ deciſiones, nulla interpretum commentaria. Nolim ſane ordinarios collatores iſtam diſtribuendorum beneficiorum poteſtatem ſua auctoritate contra ſummum Põtificem attentare,ſed vellem, vt omnes communi conſenſu ſimilem in beneficiis conferendis poteſtatem poſtularent; & ille eandem tanquam æquam & iuſtam illis ex antiquis iuribus concederet. Incœperunt ſanè ſummi Põtifices ius iſtud Illuſtriſſimis, & Reuerendiſſimis Cardinalibus reſtituere ea Bulla quam magni Conſilij iudices receperunt et in ſuis regiſtris deſcribi & inſeri iuſſerunt, qua ſibi ipſis ſummus Pontifex qui tunc erat, & illius in ſummo Pontificatu ſucceſſores præueniendi, & regulæ de infirmis derogandi in beneficiis quorum di-

ſpoſitiones

ſpoſitiones ad eoſdem Reuerendiſſimos & Illuſtriſſimos Cardinales pertinent, facultatem abſtulerunt? Quid vetat, quin, ſi illis placeat priſtinam iſtam conferendorũ beneficiorum poteſtatem cæteris collatoribus reſtituant? Et quodnam contra me impudentis ignorantiæ opprobrium conjici poteſt, quod eiuſdem, à ſummo Pontifice poteſtatis inductam priuationem, quã Ordinarij patiuntur, iniuriam ab iiſdem Ordinariis acceptam, & nihilominus patienter ſcripſerim toleratam? Porro quę ignorantia in me notari poteſt ex his quæ de Euariſto, Dionyſio, et Xiſto ſummis Pontificibus ſcripſit in iſta ſua Cenſura, de quibus ne verbum quidem in ſua defenſione, cõtra quam Animaduerſionem meã publicaui? Poteramne diuinare, quæ ille ſomniare debebat, et cum inſanientis genio inter ſuas impoſturas abſcribere? Sed quęnam iſta eſt de qua me accuſat impudentiæ mixta ignorantia? Quippe, inquiet de diuiſione titulorũ in vrbe Roma, de auctoritate quã ſibi iidẽ ſumi Põtifices reſeruarunt, nempe poteſtatẽ vniuerſali Eccleſiæ ſubueniendi, normam quam in ſuis Eccleſiis Epiſcopos ſequi conueniret præcipiendi, & ne vllus Epiſcopus euoca-

tus ad ſedem Romanam Apoſtolicam, rediens, ad ſuam parœciam ſuſciperetur, niſi cũ formatis ſalutationis ad plebem à Sede apoſtolica litteris, prohibẽdi. Si quid iſtius poteſtatis denegaſſem, habuiſſet forte aliquid quo contra me ignorantiæ impudentis opprobrium conjiceret: ſed nihil vmquam eorum negaui. Id egi duntaxat, vt ex Concilij primi Aurelianenſis decreto per omnes ſummos Pontifices confirmato docerem, ad Epiſcopos, omnium beneficiorũ quæ in ſuis ſũt Diœceſibus, & Parœciis, collationes, non autem ad ſummos Pontifices pertinere, illiſque ſine iniuria adimi non potuiſſe. Quid iſtud ad titulorum in vrbe Roma diſtributionẽ, quam ſummi illi Pontifices & eorum ſucceſſeres de diſtribuẽdis titulis in ſua propria parœcia, ſeu diœceſi Romana conſtituerunt? Quid ad eam Eccleſiis ſubueniẽdi, & normam, quæ in ſingulis earum obſeruari deberet, præcipiendi poteſtatem? & denique quid ad Epiſcoporum, qui in ſuas parœcias, & diœceſes redeunt, accipiendarum à ſummo Pontifice teſtationũ obligationem? Iſtane ſũt iura, quibus omnium beneficiorum, in quacunque ſint diœceſi, collationes, Epiſcopis totius Chri-

ſtiani orbis, ſummi Pontifices adimenda voluerunt? Iſta ne ſunt iura, quibus ſummi Pontifices poteſtatem prçuentionum, reſeruationum, expectatiuarum, derogationum, aiiorumque huiuſmodi, quibus Curia Romana abundat, reſeruarunt. De iſtis conquerebar in mea Animaduerſione, & cum impoſtor iſte reſpondere non poſſet, citauit auctoritates trium iſtorum ſummorum Pontificum, quaſi ea omnia de quibus conquerebar, ſibi reſeruarint. O bruta ignorantia, ô impudẽs impoſtura! Cæterum ſi quid de diſtributione titulorum in vrbe Roma ignorauerim, teſtari poteſt illa actio quæ extat pro Ioncherio in qua titulorum quaſi per parœcias Romæ diſtributorum hiſtoriam, cauſſam iſtius diſtributionis, eorumdem primum numerum, augmentum quod ſubſequutũ eſt, & quomodo Illuſtriſſimis Cardinalibus conceſſi fuerunt, annotaui. Eam actionem neque aliter publicandam,, quã pulicata fuerat in publico Curiæ auditorio, neque excudendam curaui, ſed eam excudi voluit D. Ludouicus Seruinus primus Regis in Parlamento Aduocatus doctiſſimus & eloquentiſſimus in Arreſto quo de regalia Canonicatus & Præben-

dæ Eccleſiæ Collegiatæ Sangermani Altiſſidorenſis inter eundem Ioucherium & Maupeum agebatur, & ſi per promotionem ad Cardinalatum eadem præbenda vacaſſe cenſeretur, eandemque actionem excudi curauit Chenutius in ſua Arreſtorum recollectione. Quis igitur non videt ignorantiam iſtam, quam cum opprobrio impudentiæ miſcuit, meram eſſe impoſturam? Bene eſt quod poſt tot tantaſque impóſturas, tuus conſobrinus ſe dicat prętermittere anemologias, & ventoſas repetitiones, quas ſine modo, & ordine, aut ratione me obtrudiſſe imponit. Cum enim nullam adnotauerit quemadmodum adnotare non poſſet, iſtam etiam impoſturam tacite confitetur. Redit denuò ad toties repetitam illam mentem regulæ cui ego tam ſæpe reſpōdi, et cum quæſiuerim qua ratione, quo argumento, & quo bono libertas admittendi reſignationes puras, & ſimplices collatoribus auferri deberet, et animaduertiſſem nihil eum reſpōdiſſe, hanc reſponſionem ſcripſit, vnam eſſe meam cantionem, & fraudandi licentiam repetit. Cum etiam quæſiuiſſem qua fronte auderet aſſerere conſilium Bonifacij octaui Papæ, qui legem, regulam ſcili-

cet de infirmis reſignantibus cõdidit, fuiſſe pro graduatis, de quorum priuilegio cẽtum & viginti annis poſt ſuum Pontificatum conceſſo, non poterat cogitare. Accuſat me denuò cauillationis, & imperitię: ſed qua in re ſit cauillatio & imperitia non explicat, niſi quod de futura Bonifacij mente nugas effutit, & fraudum obiectionem toties ſine vlla diſtinctione in ſingulis ſuæ Cenſurę paginis repetitam, repetit. Magnum ſane & ingenioſum fingit exẽplum de peregrino, qui cum depuliſſet hoſtes ę muro ciuitatis, ex cuius lege peregrinus murum adſcendere ſub pœna capitis prohibebatur: quaſi indignum ſit, & a prudentis legiſlatoris conſilio alienum eodem affici ſupplicio eum, qui propter aliquod ſcelus & audaciam contra legem fecerit, & illum qui honeſta & neceſſaria de cauſſa non à ſententia, ſed à litteris lęgis receſſerit. Poſſem ego contrarium non fictum, quemadmodum iſtud Beotianum, imo ex hiſtoria veriſſimum proponere de Manlio Torquato, qui proprium filium in modum hoſtiæ mactari iuſſit, quod ſe exercitus Romani Duce ignaro, cõtra Geminium Mætium Ducem Tuſculanorum ad dimicandum deſcenderat, licet ex eo

pag. 195.

prælio glorioſam victoriam & ſpecioſa ſpolia retuliſſet, hanc ego hiſtoriam ſatis notam credere debeo tuum conſobrinum ignoraſſe qui contrarium eidem exemplũ ex ſuo inſano cerebro ſõniauit. Sed quid iſta ad regulam de infirmis quæ nullá prohibitionem continet, quæ nullam pœnam irrogat, & quæ duntaxat loco vacationis per reſignationem in curia Romana fictam, vacationem per obitum introducit? Quid inquam iſtud Behotij impoſtoris exemplum cum regula? Equidem, vt video cupreſſum ſcit ſimulare. *Satis eſt*, inquit, *Bonifacius octauus de fraudibus, cogitauit, licet de Academicis, quibus fraus ſit cogitare nõdum potuerit*. Mirum ſane quod ab iſto impoſtore veritas iſtam de Bonifacio octauo confeſſionem extorſit. Repetit denuo eandem toties repetitam obiectionem, regulam contra fraudes factam fuiſſe, contra quam reſponſiones a me toties repetitas inutile eſſet repetere. Cum, vt dixi, ſe nouũ deũ ex impietate, quã cõtra ſe propoſitã fuiſſe conqueſtus eſt impudentiſſime propoſuerit: tãdẽ quaſi mutato ſtatu ex iſta fantaſtica & impia deitate, atque ex impudẽtiſſimo nefãdiſſimoque impoſtore incaleſcẽtis furoris morbo, pro Graduatis ſe præbet legiſlatorem, & medicũ.

pag. 203.

Quaſi vero leges pro ordinariis conſtitutæ,&medicinæ præcepta curandis morbis a doctoribus adinuenta, ad priuilegium Graduatis, cōtra eaſdem leges conceſſum vllo modo pertinere poſſint. Cum animaduertiſſem illum ex ſe ipſo tanquam ex Molinço profectam diſtinctionem ſua reſponſione inſeruiſſe, quæ tamen apud Molinæum non extat, ille nō audet prorſus Animaduerſionem inficiari,ſed Molinæi propēſionem ſequutum ſe fuiſſe ſcribit:quod omnino falſum eſſe docui in pa. 48.& aliquot ſequentibus meæ Animaduerſionis,quibus nullo modo potuit reſpondere,quemadmodum liquido conſtabit omnibus qui ea quæ in iiſdem ſcripſi paginis,cum ſuæ cenſuræ impoſturis fatuiſque repetitionibus quas in pag. 203. 204.205. & 206. inſeruit,conferre velit. *Quod vero*,inquit,*admittit academicos in regulæ fauorem non ſuo,ſed collatorum iure,eam exceptionem non arbitror neceſſariam, &c.* Equidem ius iſtud per ordinarios graduatis quæſitum barbatus impoſtor percipere non poteſt:ſed ſi textum Concordatorum longe poſt regulam conditum poſſet intelligere,agnoſceret Graduatos nulla alia beneficia ex ſuo priuilegio quā ea quæ

rum diſputationes ad eoſdē Ordinarios pertinent poſtulare poſſe, adeo vt ſi quod ſubſit impedimentum quo nequeat conferre Ordinarius, veluti ſi Papa præuenerit, aut regulæ derogauerit, quemadmodū idē Ordinarius cōferre non poteſt, ſic nec graduat⁹ poteſt poſtulare; quod ego apertius probatū exibui in Reuerendiſſimorū & Illuſtriſſimorū Cardinalium collationibus: cum enim ex Bulla quam recitaui eorum collationes ſummus Pontifex prę-uenire nequeat, neque in eorum prȩiudicium regulæ de infirmis derogare, certum eſt graduatos beneficia vacantia per obitum etiam ex vi regulæ & nonobſtante illius derogatione tanquam ex perſonis eorumdem D. Cardinalium illis debita reiectis præuentibus & derogationibus poſſe poſtulare. Quod tamen obtinere non poſſet, ſi eiuſdem Bullæ cōceſſio tolleretur. Nugatoriam dicit eſſe additionē vt regula locum habeat in permutatione ſi fraus probetur, ſeque ex ſuperioribus docuiſſe quod falſum eſt, quoniam nihil vnquam probauit, niſi quod in vna quaque fere linea ſuæ cenſuræ fraudum obiectionem ſine vlla ratione obtrudit. De Arreſto inter Bernicotium & Burgēſem

lato, nihil eſt quod repetam: nulla etiam opus repetione eorum quæ ſcripſi de arreſtis inter Bizetum & Nielum, & deinde intera Alematũ & Chenilum prolatis, in quibus omnibus de fraudulẽtis permutationibus agebatur. Repetit paulo modeſtius quod ſcripſerat contra eos qui neceſſariam eſſe permutationem tradiderant: quibus ego reſpondi & ſi neceſſitatem ex voluntate quemadmodum ille vult metiamur, falſum eſt, quod ſcribit permutationem eſſe neceſſariam inter compermutantes, quoniam in illorum ſola voluntate ſitũ eſt ſi aut nõ volũt permutare, quẽadmodum ab Ordinariorum etiam volũtate dependet reſignationes ex cauſſa permutationis rejicere, aut admittere. Sed ideo neceſſarias appellatas, e docui quod neceſſe ſit eas ab Ordinariis admittere, aut ſi recuſent ſuperioribus earũ admittẽdarum facultatẽ relinquere, quod cum impoſtor iſte concipere nunquam potuerit Molinæum, Rebuffum, cæteroſque omnes doctores qui permutationes neceſſarias eſſe tradiderunt, impudentiſſime leguleïos appellauit. De Arreſto inter Alemanum & Chenillum prolato loquutus hæc addit. *Huius æquitatem probat*, inquit,

Buthillerius ſi fraudis probatio præceßerit, quod, vt docuimus, ineptum eſt: ſi quidẽ probata fraude vacat regula l. ſi in cauſſæ 2. D. de Minor. quæ partim ideo inſtituta fuit & recepta, vt probandæ fraudis moleſtia tolleretur, & odioſis atque ambiguis litibus via præcluderetur: hæc eſt millies, & denuò millies, cum fraudum coniecturis repetita obiectio, quam falſiſſimam eſſe dixi, & ipſe noſter impoſtor ſatis ex eo confitetur, quod, vbi de fraude conſtat, inutile vult eſſe, regulæ auxilium inuocare. Docui diuerſas eſſe fraudum ſpecies, quæ non ſolum in reſignationibus, ſed etiam in omnibus beneficiorum collationibus, quemadmodum ſunt illæ quæ per illicitas pactiones, per ſimoniam, confidentiam, & alia huiuſmodi crimina committuntur: earum cauſſam dixi perpetuam eſſe, vt ab omnibus libere proponi poſſint. Quis vmquam præter impoſtorem Beotium auſus eſt aſſerere regulam de infirmis ad eaſdem fraudes coercẽdas factam fuiſſe, vt earum probandarum moleſtia tolleretur, id eſt, ſi quid intelligo, vt qui eas reſignationes & collationes obtinuerunt, indicta cauſſa, ſine vlla probatione non ſolum earum effectu priuentur, ſed etiam

tamquam illicitarum pactionum,& ſimoniæ, confidentiæ aliorumque criminum quæ fraudes vocat,ex vi ſolius regulæ cõuicti condamnẽtur? Heu quanta iſta eſſet iniquitas! quanta turpitudo! quãta brutalitas! regulam certe ad cohibendas quaſdã fraudes conſtitutam fuiſſe, non autem ad earumdem fraudum probationem eiuſq; probationis moleſtiam eleuandam ſemper agnoui et eas fraudes nõ ex me,ſed ex omnium fere interpretum ſententia duas eſſe, quæ paſſim in Curia committebantur: vnam,qua contra Sanctorum Canonum conſtitutiones,beneficia per reſignationes in fauorem certarum perſonarum, & non alias,aliter,aut alio modo quas paſſim ſummi Pontifices admittebant, hæreditaria reddebãtur: & altera qua per eaſdẽ reſignationes conditionales & hæreditarias,Ordinarij collatores ea,quæ illis competebat beneficiorum conferendorum poteſtate priuabantur. Tanta erat,tamque aperta iſtarum duarum fraudũ, ſeu vitiorum turpitudo, vt nulla earum probatio aliunde quàm ex ipſis Romanæ Curiæ ſignaturis quæ palàm & publice concedebantur, eſſet perquirẽda. Cum igitur hæc duo vitia quæ veram fraudum naturã

continent, quotidie tanquam acta licita exercerentur, & contra eadem vitia ſeu potius contra eaſdem fraudes, vt tãquam notiſſimæ, & probatiſſimæ cohiberentur, regulam Bonifacius octauus condiderit, quiſnam erit ſanę mentis, qui eandem regulam ad cæteras fraudes, ſeu potius crimina quæ iure communi ſecundum ea quæ probari poſſunt coercentur, extendendam affirmabit? Nemo equidem, vt arbitror, præter iſtum vt dixi impoſtorẽ. Scio, & iam agnoui, nonnullos interpretum duabus a me ſcriptis fraudibus tertiã adieciſſe: Quod ſcilicet mandatarij expectantes ſuis expectationibus priuabantur: ſed ego docui, Bonifacium octauum eiuſdem regulæ conditorem, nihil de illis in ea condenda cogitaſſe, regulæ auxilium illis numquam fuiſſe attributum, et nulla in parte eis neceſſarium fuiſſe. Accuſat me falſæ productionis, quod ſcripſerim Arreſto illo parrœcialis Eccleſię de la Boiſſiere, curiam ſine vlla diſtinctione, regulam in Ordinario collatore locum nõ habere iu-
pag. 210. & 211. dicaſſe. Scripſi fateor & textus eiuſdem, in quo nulla extat exceptio, nulla diſtinctio, teſtatur, me nihil ſcripſiſſe quod falſi argui poſſit. Iſtamque accuſationem aliam eſſe

impoſturam. Quod menſe Iunio, graduatis non affecto parrœcialis Eccleſia de la Boiſſiere vacauiſſet, non negaui, & retentioni ſeu retento vt vocant, de quo Molinæus loquitur, ſatis ſuperque reſpōdi. De ſuo Arreſto pro Canonicatu Rothomagēſis Eccleſiæ propoſui ſex argumenta indubitata, & ex D. Mæſtræi Regis in Parlamento Conſiliarij inſtrumentorum compendio ſcripto probata, quibus, non autē ex diſpoſitione regulæ, litem iudicatam fuiſſe confitendum eſt: & quibus, vt iam dixi, nihil iſte impoſtor potuit reſpondere. De eo quod inter Boiſſeletum & Pœruertum aut Pontetum interuenit, nihil aliud ſcripſi, quam ea quæ ex D. Lœto acceperam, cum ageretur de eadem Quæſtione: vtrum reſignationi cauſſā permutationis locus eſſet regulæ, curiam pro reſignatario pronuntiaſſe: neque iſtud Arreſtum contra vllum ex graduatis prolatum fuiſſe dixi, imo vt qualis eorum eſſet æquitas vnuſquiſque poſſet agnoſcere, exempla integra eorum quæ citaui Arreſtorum, ad finem meæ Animaduerſionis curaui excudenda: quæ mirū in modum impoſtoris iſtius animam exagitant. Falſum eſt quod ſcribit de Arreſto inter Peliſſariū & Vaſ-

ſonum pronuntiato, Senatum pronũtiaſſe non liquere: cum enim ex titulis ſecũdum Edicti formam fiduciariam poſſeſſionem reſignatario adiudicauerit, id ſaltẽ illi ius poſſeſſionis, quod ex eiſdem titulis metimur pleniſſime cognitum fuiſſe confitendum eſt: nulla alia conteſtatione in pleni poſſeſſorij iudicium reiecta, quã de eo quod Vaſſon⁹ Graduatus facto proponebat, Leonardum reſignantem deceſſiſſe, antequam illius reſignationem ordinarius collator admiſiſſet: quod quidem factum ex ſententia narratiua quam vocant, colligitur: imo & ex conſideratione, & collatione datarum, quæ in illius inſtrumentotum adnotatione, neceſſaria conſequi debet. Quoniam inſtrumentum reſignationis diẽ habet duodecimum Octobris, & collatio ex eadem admiſſa & ex ea collatio Peliſſario conceſſa, diem decimũ tertium eiuſdem menſis, cum eadem die Leonardus reſignans mortuus fuiſſet: iſta etiam impoſtor malitioſe ſuppreſſit. De Arreſto magni conſilij inter Loſelum reſignatarium, Bonum graduatum, & Ruelliũ Curiæ Nominatum, duas impoſturas commentus eſt: vnam qua vult idem Arreſtum ſeu potius magni Conſilij iudices,

pag. 212.

res præſũptiones fraudis,quas Molinæus ex iure communi etiam in reſignatione ſimplici requirit, non rejeciſſe: et altera quod graduatus controuerſiæ ſe ſubduxiſſet. Prima enim impoſtura ſcilicet probatur eodem Arreſto, quo eiuſdem magni Conſilij Senatores, reiectis tribus illis præſumptionibus, plenum poſſeſſorium reſignatario adiudicarũt:& altera eodem Arreſto etiam probatur,quo liquidò conſtat, graduatum in commodum duntaxat Nominati Curiæ, liti renũtiaſſe,& nihilominus in eadem ſemper remanſiſſe. Cum hęc perfeciſſet Buthillerius,interrupit ſermonem,& me ſi reliqua vellem audire, in alium diẽ remiſit:quoniam vt videre facile erat in ſuò viſagio,non bene ſe portabat. Cum poſtera die & quinque aut ſex diebus ſubſequentibus reueniſſem inueni eum grandemẽter maladum, donec tandem aliquot poſterioribus elapſis, cũ iterum me tranſportaſſem ad ſuam domum,inueni adhuc eum in lecto couchatum, & cum eo in ſua camera vnum Secretarium domini noſtri Regis, de cuius nomine cum ego me inquiſiuiſſem, deffẽdit ne vllus mihi diceret. Si enim, inquit, tuus conſobrinus ſciret iſtum mihi amiciſ-

ſimum te mecũ reperiſſe,illum ſtatim cõ-
tumeliis,calumnios & impoſturis licet in- pag.213. & 214.
ſontem obrueret. Cum ſcripſerim illum ſine ratione in Decium inſultaſſe, & inepte contra illius rationes eandem de fraudibus obiectionem obtrudiſſe: ille eandẽ obiectionem repetit, & cum adieciſſem ex eodem Decio, regulam eſſe contra ius commune. *Quid enim*,inquit,*hæc ratio habet commune cum ea quam eſſe primam Decij dixerat,quod regula de renuntiatione loquens, in dubio debeat intelligi de ea, quæ ſit in manibus Papæ,&c.* Quaſi vero duas diuerſas rationes ad eandem rem confirmandam, nempe regulam in ordinario locum non habere, & eandem contra ius commune introductam recitare ſit prohibitum. *Tandem*, inquit, *agnouit facinus, & mutatione argumenti mendacium celare meditatur,&c.* Quodnam quęſo iſtud facinus? quod mẽdacium? ſcripſi regulam ex rationibus Decij apud Gomeſium recitatis, non habere locum in Ordinario: prima quod intelligi debeat de reſignatione, quæ ſit in manib⁹ Papæ, & ſecunda quod ſit contra ius commune. *Siue*,inquit,*Gomeſius dixerit,ſiue Buthillerius finxerit,falſum eſt Decium ſcripſiſſe,regulam quæ de renuntiatione loquitur, in*

dubio de ea quæ ſit in manibus Papæ intelligendam,&c. Cur me dubitanter iſtud finxiſſe imponit,quod ego ex Gomeſio recitaui? Verba enim Gomeſij ea ſunt, quæ ſequũtur. *Videtur dicendum* quod non : vt in terminis conſuluit Decius in conſ. 224. *In caſu propoſito mouetur*, inquit, *duobus rationibus : prima quod regula de renuntiatione loquens debet intelligi in dubio, de ea quæ ſit in manibus Papæ,&c.* Hæc ego verba ſi ex me ſcripſiſſem, haberet forte aliquid iſte impoſtor quo me ea finxiſſe accuſaret,ſed cum illa extent integra apud Gomeſium, quid me ea dubitanter, vt mẽdacium mẽdacio excuſarem, finxiſſe calumniatur? Tandem iſtius facinoris, & mendacij accuſatio contra Gomeſium remanebit. At vero cum iſtius tanti viri auctoritatem tã ſæpe citauerit,quid cauſſæ eſt qua illum facinoris,quod non poteſt explicare,& mẽdacij audet accuſare ? ea ſcilicet ratione, quod impoſtor nihil præter impoſturas poteſt ſcribere, neque vllum a ſuo venenato morſu illæſum præterire. Si eadem quaſi concepta verba in Conſilio Decij non reperirentur, ſaltem id docere poſſé, illius mentem eandem fuiſſe, quam Gomeſius expreſſit : imo ſcriptam clauſulam

quæ eadem fere verba comprehendat repræſentare. *Falſum quoque eſt*,inquit,cum Decius dixit regulam eſſe contra ius commune, inde voluiſſe inferre,eam in ordinario locum nõ habere. Quid quæſo? Voluit ne Decius,id quod eſſe contra ius cõmune aſſeruit, id ipſum contra ordinariũ obſeruandum eſſe? Sed ipſum Decium loquentem audiamus. *Alio etiam*, inquit, *principali fundamento regula ſupradicta non videtur obſtare Do. Guillelmo primo præſentato,& inſtituto:quia talis regula intelligenda videtur de renuntiatione facta iſi ſummo Pontifici,& non videtur habere locum,in renuntiatione facta extra curiam coram ordinario, &c.* Hæc ſunt, inquam, ipſiſſima Decij verba, quibus vtrumque tradidit, regulã ſcilicet de reſignatione, quæ fiebat in manibus Papæ, eſſe intelligendam,& eãdem in ordinario locum non habere, quæ cum à Gomeſio, & a me ſcripta ſint,impoſtor iſte facinus & mendacia appellauit. Progreditur et Decium in eodem conſilio quod 223.eſſe in quibuſdam voluminibus cõcedo, ſed in meo 224. numeratur, aſſeruiſſe regulam ex ſuis terminis,locum habere in ordinarij collatione,illum autem ne locum habere in inſtitione tradidiſſe.

Et inde ſelectis ex eodem conſilio nonnullis clauſulis, concludit errare eos qui Decium in partes ordinariorum trahunt. Videamus, ſi verum dicat, aut imponat: quemadmodum conſueuit. Proponit Decius, quemdam Guillelmum prçſbyterũ præſentatum & inſtitutum, eiuſque cauſſam potiorem reſpondet. Et cum eidem obijceretur regula de infirmis, vt illi reſponderet tres præcipuas rationes contra eãdem regulam repræſentat, quarum prima eſt, eam factam fuiſſe contra ius commune: ſecunda quod cum regula loquatur de collatione, extẽdi non poterat ad præſentationem, & inſtitutionem, de quibus in cauſſa Guillelmi prçſbyteri agebatur: & tertia quam aliquatenus explicaui, quod regula intelligenda ſit de renuntiatione facta ipſi ſummo Pontifici, non de ea facta extra Curiam, corã ordinario. Iſtudne eſt regulam in ordinario locum habere conſuluiſſe? Non debet intelligi regula de collatione ordinarij, inquit: impoſtor, imo Decius vult ex terminis regulæ eã habere locũ in ordinarij collatione. Vter verior an Decius ipſe qui de reſignatione facta in manibus ordinarij non eſſe intelligendam aſſeruit: an vero impoſtor

Beotius, qui Decium contrarium ſcripſiſſe conteſtatur. De clauſulis quas recitat vide Magiſter Guillelme, quanta ſit eiuſdem impoſturæ malignitas. Impugnat Decius eorum opinionem qui contra Guillelmũ præſbiterum regulam de infirmis propoſuerant, & inter alias ſuas reſponſiones inſerit regulam (eo ſcilicet aduerſarij intellectu) eos comprehendere qui conferre poterãt, & cum quibus Papa in conferendo concurrebat. Dixi iſtam reſponſionem contra aduerſarij obiectionem eſſe intelligendam, non autem quod in ea Decius fuerit ſententia, quam directo contrariam in earumdem reſponſionum cõtinuatione decidit his verbis quæ expreſſi. Vt de collatione ordinarij non intelligatur. At vero maior impoſtura, qua ſcribit eum ſic concludere: *Et cum talis regula contra ius commune ſit, ſatis operatur in præiudicium Ordinarij collatoris, &c.* Et nihilominus apparet, iſtam clauſulam ſcriptã eſſe in reſponſione, non autem in concluſione quemadmodum ex illius conſilij num. 7. liquet. Nec mirum ſane ſi ordinarius iſte ex inſita natura impoſtor reſponſionem Decij pro illius concluſione obtrudere non erubeſcat. Et ne vllus de tanti Doctoris conclu-

ſione dubitet,eã hoc loco inſerere libuit, iiſdem verbis quibus ſub finem eiuſdem Conſilij ſcripta ſunt. *Ex quibus*, inquit, *arbitror pronuntiandum eſſe in fauorem prædicti Do. Guillelmi, & ſi cauſſa eſſet mihi commiſſa ita iudicarem ſaluo ſemper ſaniori iudicio. Phi Dec. Valentiæ.* Liquet ex eodem conſilio præſentationem & inſtitutionem Guillelmi, nullo alio iure fuiſſe impeditam, quam quod in Regulam de infirmis reſignantibus incidiſſet: & nihil aliud cõtrá eandem regulam à Decio,qui Guillelmi cauſſam tuebatur propoſitum fuiſſe, quam quod contra ius commune fuiſſet condita,et quod de collatione,non autem præſentatione & inſtitutione loqueretur,quæ ſi in puris terminis hærendum eſſet, ſub collationis vocabulo non comprehendebantur.Hæc ille,vt cauſſam Do.Guillelmi a verbis collationis eximeret,non autem vt eandem regulam in collatione ordinarij locum habere confiteretur. Quibus reſponſionibus hanc etiã addidit, quæ iam aliquatenus fuit explicata, quod renuntiatio de qua eadem regula *pag.215.* conſtituta fuit,de ea quæ in manibus Papæ, non autem extra curiam in manibus ordinarij fiebat eſſet intelligenda. His re-

ſponſionibus & rationibus contra regulã propoſitis, tãdem concludit Decius, cauſſam Guillelmi qui ab ordinario inſtitutionem vicem collationis obtinẽtem habebat, contra regulam potiorem eſſe. Qua fronte igitur poteſt impoſtor Beotius aſſerere, eumdem Decium contra ordinariũ pro regula pronuntiaſſe? Repetit denuo contra id quod Decius de iure communi ſcripſerat regulam fauorabilem eſſe contra fraudes, idque ex Molinæi ſentẽtia. Et ego ſanè vtrumque verum eſſe exiſtimo, neque aliam fuiſſe Molinæi ſententiam, vt ſcilicet contra ius commune quod antè regulæ conſtitutionem receptum erat, et quo omnes reſignationes in Curia Romana ſine vllo diſcrimine admitti conſueuerant ſecundum Decij opinionem fuerit condita. Et contra ex Molinæo fauorabilis cenſeatur, quod fraudes illæ quæ in eadem Curia admittebantur et quibus beneficia hæreditaria reddebantur, & ordinarij ſua legitima conferendorum beneficiorum poteſtate priuabantur omnino ſublatæ eſſent ſi eidẽ regulæ Papa nõ derogaret. Repetit denuo eandem fraudum obiectionem, & impudenter quaſi de omnibus fraudibus eodem iure ſcripſe-

rim. *Quid*, inquit, *quod noſtra diſputatio eſt de fraudibus, quas tu promouere laboras, ego contra obnito, &c.* Imo vero iſtud eſt falſiſſimum, quoniam ego in infinitis locis declaraui et conceſſi, vt omnes fraudes, quas ille, vt plurimum crimina deſignat contra omnes Eccleſiaſticas beneficiorum collatione nec ſolum cõtra reſignationes & apud Ordinarium admiſſas, proponi poſſint, præter eas duas contra quas ſolùm regula fuit conſtituta, & quas denuo repetere non erubeſco: nempe ne beneficia fiant hæreditaria, & ne iidem ordinarij ſua legitima in beneficiis conferendis poteſtate priuentur, qua ſolas fraudes docui cauſſã regulæ dediſſe, & contra ordinarios collatores numquam fuiſſe propoſitas neque proponi potuiſſe. Hæc ſunt, quæ ego tam ſæpe diſtinxi, & cum tuus conſobrinus illis nihil reſpondere potuerit, eandem cãtilenam de fraudibus falsò obiecit, quaſi nullas fraudes contra collationes ordinariorum recipiẽdas eſſe tradidiſſem. Repetit etiam, quæ falſo impoſuit Decio, et quibus ego reſpondi. *Nam de ſimplici reſignatione*, inquit, *& Ordinarij prouiſione illic* (apud Decium ſcilicet) *agitur, fraudem fieri poſſe non negat, quod facit Buthllertus, ſed*

pag. 218.

pag. 219.

huic fraudi ſatis prouiſum fuiſſe aſſerit de iure communi cap. 2. de renunt. in ſexto, atque ita regulam à fraudum probatione ſeparat, & ubi regulæ locus nõ eſt ad ius commune contra ſimplices reſignationes fraudulentas recurrendum docet, &c. Iſta confuſa & pene omnia falſa. Verum eſt Decium in ſuo Conſilio egiſſe de ſimplici reſignatione & Ordinarij prouiſione: at quod fraudem fieri, aut non fieri confiteatur, aut neget, nihil expreſſis verbis tradidit: niſi quod cum Do. Guillelmo præſbitero, pro quo Decius cõſulebat, objiceretur regula de Infirmis, cum eadem ratione quam obtrudit iſte impoſtor, nempe quod facta fuiſſet ad obuiandum fraudibus, ille ipſe Decius eadẽ regula, & eadem fraudum obiectione reiecta pro D. Guillelmo præſbitero reſpõdit. Quid igitur Decium contrarium ſenſiſſe calumniatur? Imò ex illius reſolutione liquido conſtat neque fraudes contra quas regula facta fuit, nec eas quæ ex l. filiæ meæ colligi poterant contra reſignationem puram & ſimplicem factã in manibus patroni, & Ordinarij inſtituentis, recipiendas eſſe, quoniam illis omnibus reiectis, D. Guillelmi cauſſam potiorem eſſe duxit. Cæterũ quod regulam à frau-

Decius falſò, et imperitè citatus à Behotio.

dum probatione ſeparet, nihil de ea ſeparatione apud Decium: quam ego tamen veram eſſe agnoſco, vt regulã, id eſt fraudes, propter quas duntaxat facta fuit, & quas ego ſæpiſſimè explicaui, ab aliis fraudibus quas falsò ſub regula quaſi eaſdem fraudes ſine vlla diſtinctione contentas, ſeparemus. Cum ſcripſerim, vel ipſo Gomeſio teſte, regulam de aliis reſignationibus intelligi nõ poſſe quam de illis, in quibus conſenſus erat neceſſarius, ſecundum formam alterius regulæ quæ de conſenſu nuncupatur, & cum in ſuam reſponſionẽ animaduerterim falſum eſſe quod ſcripſerat, eam non fuiſſe Gomeſij mentem: ille eadem repetit, ſine alia reſponſione. *Addit ea verba à die præſtiti conſenſus à Iulio ſecundo fuiſſe inſerta, non vt regulæ generalitatem contraheret, ſed vt quid in Romana Curia faciendum eßet præſcriberetur, &c.* pag. 220. Hæc verba à die *præſtiti conſenſus* adiecta fuiſſe à Iulio ſecundo, nolim negare, imò volens agnoſco: ſed fatua eſt cauſſa adiectionis quam ſcribit fuiſſe, vt quid in Romana Curia faciendum eſſet, præſcriberetur. Quid quæſo præſcriptum? Anne regula illa de conſenſu? Atqui longè antea condita, religiosè in eadem Curia obſeruaba-

huic fraudi ſatis prouiſum fuiſſe aſſerit de iure communi cap.2.de renunt. in ſexto, atque ita regulam à fraudum probatione ſeparat, & vbi regulæ locus nõ eſt ad ius commune contra ſimplices reſignationes fraudulentas recurrendum docet, &c. Iſta confuſa & pene omnia falſa. Verum eſt Decium in ſuo Conſilio egiſſe de ſimplici reſignatione & Ordinarij prouiſione: at quod fraudem fieri, aut non fieri confiteatur, aut neget, nihil expreſſis verbis tradidit: niſi quod cum Do. Guillelmo præſbitero, pro quo Decius cõſulebat, objiceretur regula de Infirmis, cum eadem ratione quam obtrudit iſte impoſtor, nempe quod facta fuiſſet ad obuiandum fraudibus, ille ipſe Decius eadẽ regula, & eadem fraudum obiectione reiecta pro D. Guillelmo præſbitero reſpõdit. Quid igitur Decium contrarium ſenſiſſe calumniatur? Imò ex illius reſolutione liquido conſtat neque fraudes contra quas regula facta fuit, nec eas quæ ex l. filiæ meæ colligi poterant contra reſignationem puram & ſimplicem factã in manibus patroni, & Ordinarij inſtituentis, recipiendas eſſe, quoniam illis omnibus reiectis, D. Guillelmi cauſſam potiorem eſſe duxit. Cæterũ quod regulam à frau-

Decius falſò, et imperitè citatus à Behotio.

dum probatione ſeparet, nihil de ea ſeparatione apud Decium: quam ego tamen veram eſſe agnoſco, vt regulã, id eſt fraudes, propter quas duntaxat facta fuit, & quas ego ſæpiſſimè explicaui, ab aliis fraudibus quas falsò ſub regula quaſi eaſdem fraudes ſine vlla diſtinctione contentas, ſeparemus. Cum ſcripſerim, vel ipſo Gomeſio teſte, regulam de aliis reſignationibus intelligi nõ poſſe quam de illis, in quibus conſenſus erat neceſſarius, ſecundum formam alterius regulæ quæ de conſenſu nuncupatur, & cum in ſuam reſponſionẽ animaduerterim falſum eſſe quod ſcripſerat, eam non fuiſſe Gomeſij mentem: ille eadem repetit, ſine alia reſponſione. *Addit ea verba à die præſtiti conſenſus à Iulio ſecundo fuiſſe inſerta, non vt regulæ generalitatem contraheret, ſed vt quid in Romana Curia faciendum eſſet præſcriberetur, &c.* Hæc verba à die *præſtiti conſenſus* adiecta fuiſſe à Iulio ſecundo, nolim negare, imò volens agnoſco: ſed fatua eſt cauſſa adiectionis quam ſcribit fuiſſe, vt quid in Romana Curia faciendum eſſet, præſcriberetur. Quid quæſo præſcriptum? Anne regula illa de conſenſu? Atqui longè antea condita, religiosè in eadem Curia obſeruaba- *pag.* 220.

tur. Quid igitur? Nihil, & ſane impoſſibile
Nu. 34. et 35. Ad Eam Reg. pag. 220. & 221. eſt dicere propter quam cauſſam verba iſta addita, præter eam quam Molinæus ipſe tradidit, ne haberet locum cōtra Ordinarium. *Atque ideo*, inquit, *non aliter accipiendam eſſe regulam, quam cum illa verba nondum addita fuerant, quo tempore omnino, vel ipſis terminis, Ordinario congruebat: quomodo eam ſumpſit Decius, &c.* Sed quis vmquam iſtam interpretationem, aut potius verborum reiectionem introduxit? Impoſtor Beotius: ergo ſequēda eſt: & iſtius hominis delirium obſeruandum potius, quā volūtatē Papæ vllus exiſtimabit? *Adrianus ſextus*, inquit, *hæc verba intercalauit (quamuis auctoritate conferatur)* Adſcripſerat quidem ſeu vt vult Molinæus, Paulus tertius, ſed nemo ſucceſſorum adiectionē iſtam approbauit: omnes reiecerunt, & falſum eſt, vt docui, Decium ſcripſiſſe regulā ex ſuis terminis Ordinario cōgruere, imo vero cōſtat eū contrariā omnino ſententiā, vt locū nō haberet, pro D. Guilleme tradidiſſe. De tertia ratione quæ eadē verba reſpicit, *de conſenſu*, nulla opus repetitione, ſed quoniam me tēpus mortis Decij mendosè ſcripſiſſe, & me illud ignoraſſe ſcribit: agnoſco mendum, & loco iſtius

vocabuli, centum adſcribendum fuiſſe aliquot: & quod tẽpus quo viuebat & mortuus eſt Decius non ignorauerim docent ea quæ ſcripta ſunt pag. 9. meæ Animaduerſionis, in qua multorum Doctorum, atque interpretum nomina recenſui, qui vixerunt poſt Concilium Baſilienſe vſq; ad annum milleſimum quingenteſimum trigeſimum octauũ, quo Ludouicus Gomeſius ſua commentaria in regulas Cancellariæ componebat, inter quos, & maxime inter poſteriores Decium nominaui, quod iſte impoſtor non potuit ignorare. *Qua mente*, inquit, *vt ingenuè fatear, neſcio, niſi quia iſte ſolet more pſitaci verba non intellecta fundere, &c.* At vero accipiat, non ille impoſtor, qui nihil quod verum, & æquum eſt, concipere poteſt, ſed quiuis alius qui iſta intelliget, me nihil extra rem ſcripſiſſe. Hanc quæ ſequitur clauſulam in ſuę reſponſionis pag. 51. & 52. conſcripſit. *Nec rationes Decij*, inquit, *ſunt illius valoris, non prima quidem quia minimè dubium eſt, nõ minus intereſſe boni publici fraudes quæ apud Ordinarium, quàm quæ in Curia Romana obrepunt coercere: altera autem ridicula eſt, non enim ne Ordinarij decipiantur, ſed ne decipiant ſatagimus: tertia, quæ ex Gomeſio contra Go-*

iſte Beotius ſus, ſolus iſte ex impoſtore nouus Deus animam rectam gerit, omnes Chriſtiani orbis Prælatos Collatores cõdamnaturus. Similes bouinas reſponſiones, contra alias rationes à me propoſitas ſine ratione hariolatur, niſi quod ſuam fatuam & inſanam mentem pro mente regulæ nititur in ſua venerabili cenſura collocare. Præterit ea quæ ſcripſi in pag. 158. & 159. 160. quia reſpondere non potuit, & aliam orditur telam, ex eo quod in mea Animaduerſione obmiſerim quaſdam rationes à Gomeſio traditas. *Cum*, inquit, *pag. 53. meæ reſponſionis quædam in pag. 49. Quæſtionis Buthillerianæ deſideraſſem, quibus rationibus à Buthillerio propoſitis ſatisfieret, os Buthillerij ad conuicia imprudens aperui, ad reſpondendum Gomeſij rationibus mutum reddidi.* Et appoſite quidem ad reſponſiones aliquantum duras, & aſperas, ſed veriſſimas, quas in mea Animaduerſione, contra ſolitum vitæ meæ morem inſerui, ſus iſte Beotius mihi os aperuit, vt illius conuitia contra me immerentem ſcripta aliquatenus repellerem. Quod, ex ſui cognominis ſignificatione cum bouis animum, & mentem habeat, mugitum ediderit, vt ſe, aut alium ſi poſſet mutum red-

pag. 225.

deret, credo equidem eum affeciſſe! ſi autem me mutum reddiderit teſtantur mea Animaduerſio, & ea quæ tibi dico, Magiſter Guillelme, contra illius Cẽſuram. Videam⁹ quænã ſint ea quæ me accuſat ſine reſponſione reliquiſſe. Quod regula facta eſt, vt fraudibus occurratur, & quod infirmi cogitatione mortis inducuntur quaſi ad diſponendũ per viam vltimæ voluntatis, de beneficiis, in fraudem expectantium. Egone iſta ſine reſponſione dereliqui? Ad quid igitur ea quæ ſcripſi et multis in locis coact⁹ fui repetere ex eodem Gomeſio regulam factam fuiſſe, vt tres fraudes, quæ paſſim, & publicè in Curia Romana, vt ipſe voluit, committebantur, penitus tollerentur, quarum prima erat illa, qua beneficiati de beneficiis ſuis veluti in conſanguineos ſuos, ſucceſſionis vice, diſponebant, et ſecunda, & tertia quibus ordinarij & expectãtes ſuis iuribus, ad quos illorum collatio & acceptatio pertinebat, priuabantur? Hæc ſunt ferè ipſiſſima Gomeſij verba, quæ ego ſemper tanquam veriſſima agnoui, prӕterquam ea quæ ad expectantes pertinent, de quibus ſcripſi regulę auctorem neque cogitaſſe, neque cogitare potuiſſe: idque probaui tot, tantiſq;

rationibus, quibus impoſtor iſte nunquã potuit reſpondere. *Sibi*, inqui, *Gomeſium opponit, qui dixerit regulæ rationem generalẽ tam in Curia quam extra Curiam, &c.* Sed ſupprunit impoſtor ea quæ contra Gomeſium propoſui pag. 50. 51. 53. & 54. meæ Quæſt. Et nihilominus quãdo me denuò ad nouam repetitionem impellit colligã diuerſas rationes, quibus regulam de infirmis non eſſe generalem, de reſignationibus quæ fiebant in Curia Romana duntaxat intelligi, & ad Ordinarios collatores nullo modo extendi poſſe exiſtimaui. Prima igitur deſumpta eſt ex rubrica, ſeu intitulatione regularum iſtis conceptis verbis, *regulæ, ordinationes et conſtitutiones Cãcellariæ Sanctiſſimi Domini noſtri, &c.* ita vt vltra eandem Cancellariam extendi non poſſint, niſi per eaſdem ſpecificè, vt vbiq; locum habeant, exprimatur: quod de iſta regula nullo modo dici poteſt. Secunda quod iuxta interpretum ſententiam, & maxime Ancharani, regulæ Cancellariæ non poſſint dici conſtitutiones generales, quia patet, inquit, quod per eas Papa ſibi ipſi in ſuis agendis leges imponit derogatorias ſuæ voluntatis, vt ſi fecerit, vel nõ valeat. Tertiæ quod per verba in eadẽ ex-

Rationes ad collectæ pro ordinariis cõtra Regulam.

Conſil. 297. n. 1.

preſſa, *à die per ipſum reſignantem præſtiti cõſenſus computandos*, de aliis reſignationib⁹, quam his, ad quorum expeditionem neceſſaria eſt, regulæ de cõſenſu, quæ eſt 143. earum quas Innocentius Octauus publicauit, obſeruatio, quæ quidem apud ordinarios nunquam fuit introducta: quarta, quod eadem regula contra duas duntaxat fraudes, vt iam dixi, fuit introducta, quæ nunquam in Ordinarios inciderunt, nequidem vmquam contra eos propoſitæ fuerunt: quoniam de tertia quæ ad expectantes pertinet, ego docui ad eos regulã nullo modo pertinere: quinta, quod ſi tertia iſta fraus de expectãtibus regulæ cauſſam dediſſet, vt voluit Gomeſius, & ego, pace tanti viri dixerim, contrarium probaui, tamẽ ad graduatos nullo modo pertineret, quoniam à priuilegio eis tam per Pragmaticam, quam per Concordata cõceſſo, expreſſis verbis exceptæ fuerunt reſignationes puræ, & ſimplices, nec non etiam cauſa permutationis, quas ordinarij admittere conſuerunt. Et ſexta quod regula in fauorem Ordinariorum condita fuit, ideoque contra eos non poteſt detorqueri. Cum reſponderim in mea Animaduerſione Gomeſium numquam ſcri- *pag.* 227.

pſiſſe

pſiſſe regulam ideo conditam, quod infirmi beneficiati inducuntur quaſi ad diſponendum de beneficiis per viam vltimæ voluntatis: ille eandem obiectionem ſine ratione repetit, eamque quam vocat rationē, vult vbique terrarū eādem eſſe. Magnum ſane argumentum, & ſuis, & bouis cerebro dignum, beneficiati infirmi facilè inducuntur ad diſponēdum; ergo prohibitum illis, ne reſignent: & Ordinariis collatoribus, ne reſignationes admittant. Repetit opinionem Gomeſij de expectātibus cui ego tā ſæpe reſpōdi: *Probauit*, inquit, *Gomeſius regulæ rationem generalem eſſe*. Dixit equidem, ſed apud eum nulla iſtius dicti probatio, cum ego lucidè, vt dixi, cōtrarium probauerim, & ſus iſte Beotius contra meam probationem nihil grūnire potuerit. Cum in mea Animaduerſione pag. 163. ſcripſerim, vel ipſo Gomeſio auctore eandem regulam fauore Ordinariorum factam fuiſſe, ideoque nullam ſubeſſe rationē, qua eadem ipſa in eoſdē Ordinarios detorqueatur. Quid ille reſpondit? Nihil inquam, & prætermiſſa iſta ratione ſomniat me Academicis, & Molinæo concedere debuiſſe omnes reſignationes ab ordinariis admiſſas turpi man- *pag. 228.*

gonij timore eſſe reiiciendas, cui tam ſæpe etiam reſpondi, quemadmodum & liti quam meam appellat. Id vnum addam, ſi cuiuſquam auctoritati deferendum eſſet, illum, & graduatos, qui eumdem, et Richerium ſequuntur Decium Doctorẽ quem ipſe Molinæus citauit, ſequi debuiſſe potius, quàm ingrato & maledico animo in Ordinarios ſuos benefactores, nullo excepto, tanquam nundinationem beneficiorum exercentes Academiam excitare. Tandem in derogatione regulæ iniquitatem confitetur. *Sed*, inquit, *non hic eſt locus, non enim contra Papam quod deroget, ſed contra Gomeſium, quod regulam generalẽ dicat, diſputatio eſt inſtituta.* Imo verò diſputatio eſt de regula: cum enim contra fraudes, quæ, vt dixi, in Curia Romana cõmittebantur cõdita fuiſſet, & cõtra Ordinarios, illæ eædem fraudes nunquam propoſitæ, nec re vera, vt docui, probari poſſent: & cum per derogatorias clauſulas reſpectu ſummi Pontificis inutilis reddatur, imò quaſi penitus abrogata videatur, & cum re vera per eaſdem derogatorias clauſulas eædẽ fraudes maiori, quàm ante regulam abuſu committerentur, remanet quæſtio, quam cum aliis tractaui: vtrũ

pag. 229.

iidem ordinarij illarum fraudum innocẽtes, eidem regulæ debeant ſubjacere. Redit ad eam quam mihi objecerat de Papæ in beneficiis poteſtatem. *Si Papa*, inquit, *ſuo iure vtitur, cui facit iniuriam?* Equidem idipſum agnoui, nec illius poteſtatem denegaui: dolendum duntaxat exiſtimaui, quod propter illam poteſtatis plenitudinẽ, neque iniuriam Ordinariis, neque vllam iniquitatem facere cenſeatur. Et cum iſtam reſponſionem de ſummo Pontifice qui ſuo iure vtitur tanquam æquam & iuſtam proponat: cur Ordinarios qui iure ſibi conceſſo, & per omnes ſummos Pontifices conſeruato in admittendis reſignationibus vtuntur, non ſolum iniuriam Academicis facere, ſed etiam nundinationem beneficiorum, pactiones illicitas, ſimoniam & confidentiam exercere calumniatur. Redit denuò ad ea quæ tam ſæpe repetiit, non eſſe ius Ordinariis, non modo regulæ ſubſidio Academicos priuare, ſed et eos de iuris communis præſidio per cuniculos deturbare, cui nulla lege derogari poſſit. Cui ego tam ſæpè reſpondi. De clauſulis derogatoriis pro Academicis conqueritur, quibus reſpondere eſſet inutile. *Quam enim fatuum ſit*, inquit, *quod cla-* *pag.* 23

mat Buthillerius, per derogatorias, libertatem admittendarum reſignationum, quas ante regulam excipiebāt, omnino priuari Ordinarios, res ipſa loquitur, &c. Hæc eſt noua conſobrini tui impoſtura: nihil enim huiuſmodi in mea Animaduerſione. Id ſcripſi, Papam per derogatorias, regulam ſuo reſpectu inutilem reddere, & prorſus abrogare: & quod ſi eam, quemadmodum ille vult, cōtra Ordinarios retineremus, non ſolùm conferendorum beneficiorum, quæ per regulam vacarent, ſed etiam admittendarum reſignationum, quas liberè ante Regulam admittebant, poteſtate priuabuntur. Quid in ea fatuum, imò quid à veritate & æquitate, & quod fatuitatem contineat alienum? *Quippe*, inquit, *derogatio regulæ non poteſt plus operari, quam abrogatio, quæ quidem in eum ſtatum eos reſtitueret, in quo ante regulam erant, &c.* Iſta etiam alia impoſtura; ſi enim abrogata penitus eſſet, nihil relinqueretur, quo reſignationes puras, & ſimplices per Ordinarios admitti, quemadmodum illas ſine controuerſia admittebant, vllus conteſtaretur. At verò extāte, & nō abrogata regula, remanet eadem obiectio, qua, propter regulam omnes reſignationes, ſaltem eas contra quas

pag. 231.

graduati conteſtantur, illi ipſi nullas eſſe contendunt: Et denique nulla exiſtente abrogatione regulæ, remanet eius diſpoſitio quam iſte impoſtor exercendam cenſet contra Ordinarios: & ſi regula abrogetur, illius eadem diſpoſitio, reſpectu etiam Ordinariorum, euaneſcet. Grunnit denuò quod Regula lites extirpet, & conſilium fraudandi, cui ego etiam tam ſępe reſpondi. Negat plenam fuiſſe apud ordinarios collatores, antequam regula ſancita fuiſſet, libertatem admittendi omnes reſignationes, adeo vt per regulam, quæ non erat, illas impugnare nemini conceſſum eſſet. Quid contra ad cõfirmandam iſtam denegationem proponit? Plenitudinem poteſtatis in ſummo Pontifice, quam vt ſæpe dixi nunquam denegaui: Et ſi ea cõſideratione velit ſemiplenam duntaxat poteſtatem admittendi reſignationes, imo omnia beneficia conferendi ad Ordinarios duntaxat pertinere, id ei lubens concedo, licet contrariam ſentẽtiam probare poſſim: cõcedo, inquã, dummodo ille etiam reſpectu omnium aliorum, plenã ordinariis collatoribus reſignationes admittendi, & beneficia quibus præſunt, cõferendi, poteſtatem derelinquat. Redit *pag. 232.*

denuò ad toties repetitas fraudum obie-
pag.233. ctiones, ad diſpoſitionem l. filiæ meæ, ad earumdem aucupia tollenda, ad moleſtiã litigandi eueliendam, & litium ærumnas, quibus etiam tam ſæpe reſpondi. Cum ſcripſiſſem ſummos Pontifices regulam condidiſſe, ne beneficia in fraudem Ordinariorum fierent hæreditaria, & per ſucceſſionem quaſi teſtamẽto in eorumdem Ordinariorum præiudicium relinquerentur. *Hoc quoque*, inquit, *falſum eſſe diximus, &c.* Sed quid ille contra ea quæ ex Gomeſio tradidi. *Mentem regulæ fuiſſe, ne infirmi grauiter ægrotantes, præſentientes finem vitæ ſuæ adeſſe, de beneficiis ſuis, veluti de rebus profanis, in conſanguineos ſuos, ſucceſſionis vice diſponant, & in modum vltimæ voluntatis illa relinquant in præiudicium Ordinariorum, vel expectantium?* Quid ad iſta Molinæi? *Quia regula nõ eſt facta in fauorem Graduatorum, Nominatorum, vel mandatariorũ, aut ſimilium expectãtium, ſed in fauorem Ordinariorum & iuris communis?* Quid ad iſta Rebuffi? *Nec me conturbat, quod regula facta eſt ad commodum, & vtilitatem Ordinariorum?* Et denique quid ad aliorum fere omnium Doctorum auctoritates? Si contra eas impoſtor iſte rationem vllam attuliſ-

in eandẽ regulam Quæſt. 1.

in eandẽ regulam num. 33.

in eandẽ Regulam gloſa 2. num. 35.

ſet,exciperem ſane:imò, ſi tantiſper probabilis appareret,eam amplecterer. Sed nihil profert, præter quam quod ita exiſtimet: & ego docui neminem hominum nominari poſſe,prçter ordinarios collatores,aut eos quibus beneficia vacantia cõferuntur,qui vtilitatem,cõmodum,aut libertatem vllam ex ea regula conſequi potuiſſet:niſi fortè diceret, quod idem Molinæus tradidit. *Papam in ea condenda, non tam de diſciplina Eccleſiaſtica, & veterum Canonum, & libertate Ordinariorum,ſollicitum fuiſſe quam de ſua,& Officiariorum ſuorum commodis, vt poſtquam contuliſſent per reſignationem,rurſus conferre poſſent,per obitum vel derogationem regulæ vendere, &c.* *in eadē regulam num.86.* Quod mihi vllo modo nolim perſuadere. *pag.234.* Regulam denuò ad fraudes auertendas comparatam ſcribit:quod ego iam illi toties de his,quas ille ipſe recitat in iſta eadē pag.234.cõceſſi.*Et hæc fuit*,inquit,*Molinæi vera ſententia,qui num.2.de Publicandis reſignationibus ſcribit regulam de infirmis, & regulam de Publicandis,ad eoſdem fines collimare,primò:ne beneficia,contra Canones,hæreditaria fiant:*Secundò ne ordinariis & expectantibus illudatur.Si igitur, vel ipſo iudice ſententia iſta vera eſt, qua fronte om-

nes alias fraudes in iſtis regulis compre-
pag.235. hendi calũniatur? Repetit viris probis, & doctis beneficia cõferri debere, quod ego cõceſſi: ſed et cõcedere debet, illorum delectum ab iis qui cõferunt, non ab his qui beneficia aucupãtur debere proficiſci. Re-
pag.236. petit abuſus Ordinariorum, quemadmodum eorum, qui in Romana Curia committuntur, reprimendos eſſe: Vtinam reprimi poſſent, & ij qui abuntuntur, grauibus ſuppliciis coercerentur: Repetit abuſum poſſe committi ab Ordinariis, qui reſignationes puras, & ſimplices admittunt, quod ego nunquam negaui, imò & eoſdẽ abuſus in conferendis vacantibus beneficiis per obitum frequentiores eſſe poſſe obſeruaui. Sed id ſcripſi, abuſus, ſeu frau-
pag.237. des contra quas regula de infirmis condita fuit, & quas ille ipſe agnouit, ne ſcilicet beneficia quaſi per ſucceſſionẽ relinquerentur, & ne Ordinarij fraudarentur, ad eoſdẽ ordinarios nullo modo pertinere, neque contra eos vmquam propoſitas fuiſſe. Nã quod ad cęteras fraudes atinet docui falſiſſimum eſſe quod impoſtor iſte voluit, eas ſub regula cõprehendi. Conſtitutio Pauli Quinti nihil ad noſtrã Quæſtionem pertinet, vtinam omnes qui be-

neficiorum conferendorum poteſtatem habent, illa tam ſanctè, piè & tanta cum vtilitate cõferant, vt reiectis omnibus illorum aucupationibus, qui vulturum more beneficiatorum cadauera, antequam moriantur animo deuorant, nulli niſi probi, docti pietate, & moribus probati in eis admittantur. Hæc cum dixiſſet Buthillerius conquieuit, & cum reſtaret adhuc Epilogus tuę Cenſuræ, Secretarius ille Regius qui aderat, & qui pendente diſcurſu Buthillerij; folia quędam tuæ Cenſurę perlegerat, dixit nunquam tantùm iniuriarum legiſſe in vno libro, et quod ſi imperitia, ignorãtia, et impudẽtia eſſẽt in D. Buthillerio tu eas probare debebas, quoniam apud omnes graues et probos homines nõ eſt in tali æſtimatione, quod facile eſt hominem iniuriare, & quod cum ſis Eccleſiaſticus, ſacerdos, & Archidiaconus, debebas potius prædicare & populum docere, quàm de iure ciuili, & canonico, quorum ſcientia tibi antea fuit ignotiſſima diſputare, ſed quod vt ipſe audiuit, tu nihil intelligis ad prædicandum, multominus ad populum docendum, quod de iiſdem iuribꝰ ſcribis per memorialia, & quod cum ſis admodũ ambitioſus, & arrogans, maximè

ab eo tēpore, quo qualitas illa magni Ar-chidiaconi, & fructus tàm huius quā præbendæ Rothomagenſis tibi dederunt facultatem equos aut mulos aſcendendi: ille mihi pro fine dedit verſus ſequētes, vt tibi mitterem, qui ſi bene eos guſtes, te forte humiliorem reddent, Quod ego facio.

ex 12. Macar. eiuſdem Cocaij.

Ambitioſus idem eſt quod ſtultum, quod rude, falſum
Futile, deſpectum, delirans, turpe, malignū,
Illepidum, demens, inſulſum, molle, ferinum,
Ridiculum, mendax, timidum, mutabile, vecors
Incertumque ſui, fatuum, leue, fertile nugis,
Moribus effœtum, dirum, crudele, doloſum,
Sed quid ego rumpo cercando vocabula teſtam?
Ambitioſus homo, nec homo, ſed beſtia baſti eſt.

et paulò poſt

Neſtio quos vidi gaioffos ire vilanos
Qui, quādo beccā portant vaduntque togati
Se reputant alios Cicerones, atque Catones
Ac ſi monſtrarent in veſtibus eſſe galantis
Doctrinam, pulchraſque tument equitando muletas
Primajas optant ſedes, dominique vocari

Se gonflant, ſolique tenent andando caminū
Si quis non illi brettam cauat, ille notatur,
Denique poſt tantos faſtus, tantoſque tumores
Supra lombardum ſe firmans ecce quaiottū
Unde ſuus finis tandem niſi merda vocatur.

FINIS.

Errata ſic corrigito.

P*Agina 4.lin 25.* vnicuique, *ibid.lin.vlt.* tuis, *pag.6.l.1.* plures, *ibid.l.22.* velles, *pag.7.lin.25.* dignis, *ib.l.vlt. dele primum* te, *p.8.l.19.* ſcripſiſſe, *pag.10.l.8.* antiquum, *p.11.l.14.* debere, *p.14.l.23.* habere, *p.16.l.17.* quæſiuit, *p.17.l.1.* vacatione per, *p.25.l.23.* Agnoui, *p.28.l.1.* Scripſiſſem *p.29.l.6.* abrogetur, *p 33.l.20* probationem, *pa.36.l.8.* amplius, *p.38.l.7.* Regula, *p.40.l.19.* Regulæ, *pag. 42. l.1.* pertinuiſſe, *p 43.l 21. dele* non, *p.46.l.8.* commutantibus, *ibid l.14. dele* per, *p.48.l.16.* legitimis, *p 53.l.24.* iſti, *p.56.l.10.* fraudum, *p 65.l.5.* Graduati, *p.76.lin.10.* marmoreo, *16.l.24.* ſtaphilæus, *pag.77.l.2.* lege ſcripſerit pro quæſierit, *ibid.* ad eludendam; *p.81.l.1.* confingit, *p.84.l.4.* monſtrum, *ib.l.18.* quod tunc, *21.* ſpecie, *pa.86.li.20.* laſciuia, *p.103 l.20.* ſimpliciter, *p.108.l.22.* eo quod *p.125.l.penult* nihilominus, *p.130 l.18.* Regiam, *p. 142.l.9.* recantat, *p.146 l.16.* ſine, *p.148.l.2.* vllo *p. 149. adde vltimis lineæ verbis hæc omiſſa*, ſcripſit commentaria allegatum meminiſſet, *p.159 l.vlt.* cum pro eum, *p.157.l.1.* ſemper, *p 160.l.25.* expreſſe, *p.196.l.15.* alterum illius conſobrinum *p.235.l. 8.* poſt locauerat adde quod, *ibid l.9.* lege inſtituerat, *10.* aſperſerat, *p.252.l.* nō cenſeatur, *p.265.l.21.* in *ante* infirmitate, *p.284.l.1. dele* De, *p.284.l.1.* tā *ib.l.vlt.* munere pro numero, *p.286.l.20.* eas, *ib 24* que, *p.289.l.8.* in ſpecie, *ib.16.* recitata, *p.290 li.18.* eadem, *p.291.l.24.* regulę, *p.302.l.2.* Altiſſiodorēſis, *pa.306.l.1.* diſpoſitiones, *ib.li.18.* præuentionibus. *pag.313.libi1.* tres, *pag.314.l.vlt.* inſtitutione, *p.315.l.24. adde* ait *ante* imò, *p.318.l.25.* derogaret, *p.319.l.3.* obrutor, *ib.l.15.* quas, *p.322.l.16.* qua- [illegible] *p.326.l.1.* effeciſſe.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE